HISTORIAE ARGIVAE FRAGMENTA.

PARTICULA PRIMA.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA VIADRINA

CONSENSU ET AUCTORITATE

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

DIE XXV. MENSIS JUNII ANNI MDCCCL

H. X.

IN AULA MINORE

CONTRA ADVERSARIOS:

RICH. MOOSBACH, PHIL. STUD.

COLMAR GRUENHAGEN, PHIL. STUD. ET SEM. REG. HIST. SOD.

HERM. WENTZEL, PHIL. STUD.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

HENRICUS FISCHER,

VRATISLAVIENSIS.

VRATISLAVIAE,

TYPIS GRASSII, BARTHII ET SOCIORUM.

PATRI OPTIMO

FILIUS.

Historiam Argivam scribere neque potui neque voluí, sed modo, quae de rebus Argivorum in auctoribus antiquis dispersa sunt, colligere atque componere studui. Rerum, quas collegi, primam particulam his in pagellis descripsi, quibus nec novi aliquid lectoribus dare, nec me aliquid scientem praebere volui, sed hoc solum: ostendere, me didicisse quo modo discendum sit.

De fontibus historiae Argivae nihil dicendum est; sunt enim iidem, quibus ad totius Graeciae historiam cognoscendam fontibus utimur. Pausanias, Thucydides, Diodorus, Plutarchus, Strabo et multi alii.

Nostri aevi libri, in quibus rerum Argivarum mentio fit, praecipue hi sunt:

Otfried Müller, die Dorier. Vier Bücher. 2te Ausg. Bresl. 1844. ejusdem auctoris Aeginetica, Berol. 1817.

Weissenborn, Hellen. Jena. 1844.

Clinton, fasti Hellenici, in append.

Plass, Geschichte des alten Griechenlands. Leipz. 1834.

Grote, history of Greece; London 1846.

etc.

TERRA ARGIVA.

Montibus, per totam Graeciam ortum versus hibernum tendentibus, in Peloponneso quatuor formantur paeninsulae, quarum tres a meridie sitae sunt, una Argolica, ab oriente, Helladi proxima[1]), cujus fines sunt ab oriente sinus Argolicus et sinus Saronicus, a septentrione Isthmus Corinthiacus et maris Corinthiaci pars orientalis, ab occasu altum illud dorsum, quod editam Arcadiae planitiem finit, a meridie et montium jugum a Parthenio Arcadiae monte usque ad oram provectum, et mare Argolicum. Ora flexuosissima, multis promontoriis longe praeminentibus praedita, portubus abundat. Terra Argolica et continuo montium jugo ab occasu orientem versus tendente, — non e Cyllene et Parthenio[2]), sed e Lyrceo monte prodeunte, — et multis singulis montibus per colles minus altos inter se conjunctis, impletur; ita ut divisa sit in complures valles

1) De terra Argolica loquuntur Pausanias in libro II. et Strabo in libro VIII., p. 368—383. E permultis nostri aevi libris, cum totius Graeciae etiam Argolidis naturam tractantibus, optimos nomino: Dodwell, classical and topographical tour through Greece London 1819. — Leake, travels in the Morea 1830, Peloponnesiaca 1846, cum tabula geographica Peloponnesi, qualis nunc est. — Expédition scientifique de Morée; architect., sculpt., topogr. par Abel Blouet. Paris 1833. — Exp. sc d. M. travaux de la section physique 1833. — Exp. sc. d. M., recherches sur les ruines de Morée, par Pouillon-Boblaye 1835. — Relation du voyage de la commission scient. de M. par Borris de St. Vincent. 1837. — Kiepert, Atlas von Hellas. Berl. 1846.

2) quod dicit O. Müller, Dorier I., p. 72.

et angustiores et latiores, quae aut mare tangunt, aut undique montibus circumdantur. Quae valles aptae fuerunt condendis totidem civitatibus, natura ipsa et moenia adversus hostes praebente, — montes enim eximiae altitudinis sunt et invii — et victum terra marique. Tales civitates sunt Corinthus cum Lechaeo portu, ad mare Corinthiacum, deinde in littore maris Saronici Cenchreae, Epidaurus, Troezen, ad sinum Argolicum Hermione, Asine. In vallibus undique montibus circumclusis sitae sunt Cleonae, Phlius, Orneae. Qua autem mare Argolicum inter Laconicae et Argolicae paeninsularum oras longissime septentrionem versus tendit, ibi montes aliquantum recedunt, ita ut spatium praebeatur planitiei octoginta fere stadiorum latitudine et longitudine, irrigatae multis rivis rivulisque, qui inter colles minus proclives defluunt de montibus praealtis, Creto (4903′), Artemisio (5434′), Lyrceo (3894′), Euboea (circ. 2500′), Acraea, Arachnaeo (3670′) ceteris. Rivorum maximus Inachus, qui ab Artemisio et Lyrceo montibus aquas colligit, primum orientem, deinde meridiem versus fluit, et postquam infra Argos Charadrum fluvium oppidum circumfluentem excepit, in infimam sinus Argolici partem effunditur. Planities et frumentis colendis apta est et prata uberrima, per multos illos rivos irrigata, ad equos alendos opportuna olim praebebat[1]); in collibus soli expositis jam temporibus antiquis haud dubie vites cultae sunt, nec defuerunt myrtae, citri, lauri[2]). Pisces mari et fluviis, silvis feras non defuisse consentaneum est. Montes et cuprum, ferrum, marmor intus tenent, et quamquam nunc aridissimi sunt, olim silvis occupati fuerunt. Sed majora dederunt incolis, quam ligna et lapides: cum et hostibus, ut jam dixi, defendendis apti sint et tempestatibus a septentrione flantibus frigorique, ita ut coelum Argivae vallis mi-

1) Ἄργος ἱππόβοτον Hom. Il. VI., 153 et saep.

2) Leake, tom. II., chap. XIX., p. 348. The dryer parts of the plain of Argos are covered with corn: where the moisture is greater, cotton and wines are grown, and in the marshy parts, towards the sea, rice and Kalambokki. — Dodwell, vol. II., p. 214. The plain (of Argos) is a perfect flat, composed of rich soil well cultivated and mottled with villages.

tius reddant[1]). Ventis sane a meridie spirantibus, ardentissimis illis et torrentissimis, aeque ac soli aestivo, terra patet, et quominus nimis exuratur, hodie maris tantum longe — ut dixi — inter oras intrantis auris frigidioribus humidioribusque aliquantulum defenditur, cum olim multo magis munita sit saltuum flatibus refrigerantibus et aquarum abundantia[2]). Nunc quidem saltus evanuerunt et rivi minus large profluentes multo facilius exsiccantur[3]). In media hac valle Argos urbs sita est, triginta stadia[4]) distans a

1) Leake, ibid. The difference of climate between the plains of Tripolitzá and Argos is very remarkable. There we had frost and snow, and here the heat is that of an English summer, but this is just the time, when the spring most rapidly advances on the sea-coasts of Greece. (March 14, 1806.)

2) Argos πολυδίψιον (Il. IV, 171; Lucian, Dial. mar. 6, p. 301) nominatum est, non quod aqua indiguerit, neque fontibus ut O. Müller putat (Dor. I., p. 73; cf. Strab. VIII., p. 371), sed quia terra calidissima tantum aquae bibebat.

3) Dodwell l. l. Our road crossed some small torrent beds, at present dry, but evidently at times filled with impetuous streams. — Blouet., exp. scientf. tom. II., p. 89 (Route de Mantinée à Argos le 15. Jouillet 1829.) De là vous descendez, par un chemin rocailleux, sur le versant d'une montagne élevée, d'où l'on découvre Nauplie et tout le fond du golf, enveloppé en demi-cercle par la plaine d'Argos, ainsi qu'une vaste campagne, dépouillée de verdure. L'ensemble des montagnes, qui forment le fond de cette vue, est d'un caractère majestueux et imposant, mais d'une grande aridité. Comme on vient de le voir, les sources sont tellement communes, que, si le territoire d'Argos est qualifié d'aride, il mérite toujours l'épithète d'abondant en sources. — Quae valde differunt ab illis quae refert Leake, sed alter primo vere, alter media aestate terram transivit. Addo aliam imaginem regionis quam affert Blouet, p. 92: De la citadelle (d'Argos), qui est très élevée, on découvre toute la ville moderne d'Argos. — — Au delà de la ville, dans la plaine, on découvre plusieurs villages, et le lit, presque toujours à sec, de l'Inachus; puis, dans le fond, les montagnes de l'Argolide; au bas de ces monts, à peu de distance, les murs de Tyrinthe (!) et de Nauplie, à droite desquels est le golf d'Argos, fermé au sud par les côtes élevées de la Laconie. Toute cette vue immense est du caractère le plus imposant. Mais — — —, on ne peut se défendre de l'impression mélancolique, que produisent ces montagnes stériles et dépouillées.

4) In definiendis intervallis, quae sunt inter singula oppida, secutus sum Kieperti (Atlas von Hellas) tabulam decimam (Argolis, Korinthia

mari, sexaginta stadia a Lerna et Nauplia oppidis, ad utraque sinus Argolici latera sitis, Lerna quidem a dextra, Nauplia a sinistra (si ab Inachi fluvii ore mare adspicis). Inter Naupliam et Argos Tiryns urbs jacet, quindecim stadia a mari remota. Triginta stadia[1]) a Tirynthe septentrionem versus, quadraginta fortasse ab Argis orientem versus Mideam situm fuisse dicunt oppidum. Ab Argis septentrionem versus iter quinquaginta stadiorum ducit Mycenas, ad Euboeae montis radicem sitas, unde per montes viae ducunt et Cleonas et Nemeam, inter se distantes triginta stadiis, cum ab Argis utrumque oppidum centum stadiis sit remotum[2]). Aliud iter ab Argis ad Saminthum et Lyrceam oppida ducit, quinquaginta et sexaginta stadiis[3]) ab Argis distantia, in Inachi valle sita; inde a Lyrcea paulo magis septentrionem versus migrans post sexaginta stadiorum iter Orneas[4]) pervenis urbem ad radicem Lyrcei montis sitam. Ad iter ab Argis occasum versus prope Artemisium montem Mantineam ducens Oenoe oppidum est in Charadri valle situm. Occasum versus hibernum ab Argis iter (cui Trochos nomen est) Tegeam ducit, Hysias oppidum[5]) tangens inter Creopolum et Par-

Megaris und Attike), quamquam interdum differunt ab iis, quae Pausanias et Strabo referunt.

1) Strabo VIII., p. 373. ἡ δὲ (Τίρυνθος) ἀκρόπολις Λίκυμνα ἐπώνυμος Λικυμνίου, διέχει δὲ τῆς Ναυπλίας περὶ δώδεκα σταδίους.

2) Str. VIII., p. 377. διέχουσι δ' αἱ Κλεωναὶ τοῦ μὲν Ἄργους σταδίους ἑκατὸν εἴκοσι, Κορίνθου δὲ ὀγδοήκοντα.

3) Paus. II., 25, 5, p. 168. ἐς μὲν δὴ ταύτην (τὴν Λύρκειαν) ἐστὶν ἐξ Ἄργους ἑξήκοντα μάλιστά που στάδια· ἐκ δὲ Λυρκείας ἕτερα τοσαῦτα ἐς Ὀρνεάς.

4) Str. VIII., p. 376. Ὅμηρος δ' αὐτὰς οὐκ οἶδεν, οὐδὲ τὸ Λυκούργιον οὐδ' Ὀρνεάς· κῶμαι δ' εἰσὶ τῆς Ἀργείας, ἡ μὲν ὁμώνυμος τῷ ὄρει τῷ.., αἱ δὲ ταῖς Ὀρνεαῖς ταῖς μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος ἱδρυμέναις. „τὸ Λυκούργιον mutandum censet Cas. in Λυρκείαν ex Paus., II., 25; probabilius etiam Cor. in Λύρκειον, quod habetur in versu Sophoclis supra VI., p. 271“ not. Cramer.

5) Str. VIII., p. 376. εἰσὶ δὲ καὶ Ὑσιαί, τόπος γνώριμος τῆς Ἀργολικῆς, καὶ Κεγχρεαί, αἳ κεῖνται ἐπὶ τῇ ὁδῷ τῇ ἐκ Τεγέας εἰς Ἄργος διὰ τοῦ Παρθενίου ὄρους καὶ τοῦ Κρεοπώλου.

thenium montes situm, ab Argis plus centum stadiis distans. Argi igitur urbs quasi umbilicus vallis a ceteris oppidis in hemicyclii modum (vel fere circuli, cujus exiguus tantum arcus — inter Lernam et Naupliam — mari continetur) circumdata est, ita ut eam cum Larissa arce altius sita (in Lycone monte) magis quam ullam aliam ejus regionis urbem regnandae terrae aptam fuisse manifestum sit.

RES AB ARGIVIS GESTAE INDE A TEMENI AETATE USQUE AD CYNURIAE JACTURAM.

Priorum Graeciae aetatum historias qui primi scripserunt, cum nonnullis post saeculis viverent, colligebant quae ipsis tradebantur: avorum narrationes a nepotibus conservatas. Quas veras habere licet, si nihil adest quod impedit; certas esse et omni dubitatione exemtas quis dicat? Omnino autem fide indigni mihi videntur esse catalogi illi chronologici et genealogici, nominum tabulae, a scriptoribus multo posterioribus traditae, quas factas esse ad explenda intervalla quae sunt inter aetates mythicas et historicas apertum est. Quam ob causam his, nisi aliis certiorum auctorum locis confirmantur, argumentis utendum esse nego, neque de Carani Argivi, Macedonum regis, avis qui Argivorum reges fuisse feruntur scribam[1]), neque quaeram, quo tempore factae sint res[2]), quas prius factas esse scimus, quam Graeci memoriam rerum gestarum posteris servare studerent.

Terram Argolicam primis temporibus ab Achaeis cultam Dores Temenum Heraclidam, ut tradunt, ejusque filios sequentes expu-

1) Temenos, Kissios, Theostios (Merops), Aristodamidas, Pheidon: Dexipp. ap. Eus. Chron. I., p. 57, 19 exc. Scal. et Syncell. p. 262 C.; 499, 10 ed. Dind., e Theopompi et Diodori scriptis exc.; aut Temenos, Lachares, Deballos, Eurybiades, Kleodaios, Kroisos, Poias: Sync. p. 262 C. 499 12; Eus. l. l.; aut: Temenos, Keisos, Maron, Thestios, Akoos, Aristodamidas: Theoph. ad Autol. lib. II., c. 7 p. 96 ed. Wolf. De quibus copiose Weissenborn, Hellen. p. 5—8.

2) Referam tamen annorum numeros, quos attulit O. Müller, in libri de Doribus append. III.; tom. II., p. 467—469.

gnaverunt[1]). Achaei partim e patria cesserunt, partim a Doribus vi subacti et libertate privati (gymnesii facti)[2]), partim, postquam sponte se subjecerunt perioeci[3]) facti sunt. Pars denique civium Ar-

1) Hac de re multa et praeclara scripserunt O. Müller (Dorier, Bd. I., p. 80 sqq.) et Grote (History of Greece, vol. II., p. 409 sqq.), ita ut nihil corrigendum mihi sit, nisi hoc, quod Müller dicit: „Wir müssen bedauern, dass uns von Mykenä und Tiryns bestimmte Nachrichten fehlen, deren Eroberung besonders schwierig, aber auch für den Sieg der Dorier entscheidend sein musste. Pindar (Pyth. 4, 49) betrachtet die Vertreibung der achäischen Danaer aus dem argivischen Busen und Mykenä als identisch mit dem Heraklidenzug, und Strabon giebt an (VIII., 372—377), dass es die Argiver mit sich vereinigt hätten. Indess finden wir doch im persischen Kriege Mykenä und Tiryns als für sich bestehende Städte, und es wird zweifelhaft, ob sie je Argos vorher dauernd angehört. — Dass wenigstens in den Gebirgen oberhalb Argos noch alte Einwohner sich erhielten, zeigen die Orneaten." Sed neque Herodotus, cum omnes Peloponnesi gentes non Doricas neque Doribus subjectas accurate explicet (Her. VIII., 73) oblitus esset illarum urbium, si fuissent cultae a gente libera et non Dorica; neque credendum est, has urbes per tam longum tempus Argivis resistere potuisse. Sed quod haec oppida libera videmus et in bello Persico pugnantia, cum Argivi quietem agant, inde potius licet colligere, a Doribus cultas esse Mycenas Tirynthemque, siquidem Dores subjicere Doribus non lege quidem sed more vetitum erat. (Qua ratione post bella Persica deletae sint illae urbes, infra narrandum est.) Strabonis deinde verba: *αἱ δὲ Μυκῆναι μετέπεσον — εἰς τοὺς Ἡρακλείδας καὶ τὸ Ἄργος ἔχοντας**) nihil aliud significant, quam Mycenas sicut Argos a Doribus esse expugnatas; et ne illud quidem falsum esse dicimus, quod Strabo (VIII., p. 372) dicit: *κατασχόντες γὰρ οὗτοι (οἱ Ἡρακλεῖδαι) τὴν Πελοπόννησον ἐξέβαλον τοὺς πρότερον κρατοῦντας, ὥσθ' οἱ τὸ Ἄργος ἔχοντες εἶχον καὶ τὰς Μυκήνας συντελούσας εἰς ἕν.* fortasse enim primi Argorum reges (Dorici) Mycenis quoque imperabant, postea vero, cum potentia exuti sunt, Mycenas quoque perdiderunt.

2) Poll. Onom. 3, 83 (ed. Becker). *μεταξὺ δὲ ἐλευθέρων καὶ δούλων οἱ Λακεδαιμονίων εἵλωτες — — — καὶ Ἀργείων γυμνῆτες —.* Hesych. p. 2, 611. Quos a levi armatura Gymnesios appellatos esse censet Müller (Dor. II., 51) qui etiam affert Her. VI., 83; sed conf. Plut. de mul. virt. IV., p. 246 A.

3) Aristot. pol. V., 3. *καὶ ἐν Ἄργει — ἠναγκάσθησαν παραδέξασθαι τῶν περιοίκων τινάς.* — Plut. l. l. — Her. VIII., 73. de quo loco con-

*) Str. VIII., p. 377. „*τοὺς* post *καὶ* add. Ald.: inde *τοὺς καὶ* Cor." not. Cram.

givorum numero adscripti esse mihi videntur[1]). Pausanias[2]) enim de primis Doriensium Argos habitantium rebus haec narrat: Temenum Argivorum regem, suos ipsius filios praetermittentem, Deiphontae Antimachi filio, Thrasyanoris nepoti, pronepoti Ctesippi, abnepoti Herculis, et bella gerenda et res domesticas administrandas commisisse; filiam Hyrnethonem, plus quam ceteros liberos dilectam, uxorem dedisse atque etiam id agere visum esse ut regnum, neglectis filiis, Hyrnethoni et Deiphontae relinqueret. His de causis Temenum insidiis sublatum esse a filiis, quorum natu maximus Cesus deinde regnum sit assecutus. Argivos autem, qui jam a principio libertatem et jus aequabile plurimi duxissent, regum potentiam ita deminuisse, ut Medoni Cesi filio ejusque posteris regni praeter nomen nihil concederent. — Non illud quaerendum est, num re vera Deiphontes Temeni gener fuerit; sed aliquid aliud significare mihi videtur haec narratio. Scimus enim, Argorum cives contentos fuisse quattuor tribubus: tribus illis Doricis: Hylleium, Pamphylorum, Dymanium[3]) et quarta Hyrnathia vel Hyr-

feratur hujus libelli paragraphus, cui inscripta sunt verba: *Ὀρνεῆται καὶ περίοικοι.*

1) Omnino non concedendum puto quod Müller contendit: Dores Argos tenentes eodem modo res suas constituisse, ac Dores Laconicae dominos, cum jam terram prorsus alio modo occupaverint Dores Argivi, quam Spartani, quod optime demonstravit Grote (l. l.).

2) Paus. II., 19, 1: *Τήμενος δὲ ἐκ μὲν τοῦ φανεροῦ Δηϊφόντῃ τῷ Ἀντιμάχου τοῦ Θρασυάνορος τοῦ Κτησίππου τοῦ Ἡρακλέους στρατηγῷ πρὸς τὰς μάχας ἐχρήσατο ἀντὶ τῶν υἱῶν καὶ σύμβουλον ἐς πάντα εἶχεν, ἅτε αὐτόν τε ἐκεῖνον πεποιημένος πρότερον ἔτι γάμβρον καὶ τῶν παίδων ἀρεσκόμενος τῇ Ὑρνηθοῖ μάλιστα, ὑπωπτεύετο δὲ ἤδη καὶ τὴν βασιλείαν ἐς ἐκείνην καὶ Δηϊφόντην τρέπειν. ἐπεβουλεύθη δὲ τούτων εἵνεκα ὑπὸ τῶν υἱῶν. ἐκείνων δὲ αὐτῷ Κεῖσος πρεσβύτατος ὢν ἔσχε τὴν ἀρχὴν· Ἀργεῖοι δὲ, ἅτε ἰσηγορίαν καὶ τὸ αὐτόνομον ἀγαπῶντες ἐκ παλαιοτάτου, τὰ τῆς ἐξουσίας τῶν βασιλέων ἐς ἐλάχιστον προήγαγον, ὡς Μήδωνι τῷ Κείσου καὶ τοῖς ἀπογόνοις τὸ ὄνομα λειφθῆναι τῆς βασιλείας μόνον.*

3) Her. V., 68: *Φυλὰς δὲ τὰς Δωριέων, ἵνα δὴ μὴ αἱ αὐταὶ ἔωσι τοῖσι Σικυωνίοισι καὶ τοῖσι Ἀργείοισι, μετέβαλε* etc. — Inscriptiones in Boeckhii corp. inscr. 1123: *ἁ φύλα τῶν Δυμάνων*; 1132. *ἁ φύλα τῶν Παμφύλων* (?); Blouet exp. scient. tom. II., inscr. recueillies à Argos nr. 8, p. 106: *ΡΓΟΥΣ ΤΟΙΣ ΩΣΔΕΟΣ-ΟΣΑ-ΟΙ-ΕΩΛΗΣ-Α-ΗΣΤ-ΕΝΟΙΤΟΙΑ*Ph-- (ΦΥ)*ΛΑΣ ΠΑΜΦΥΛ* (ΩΝ). — Callim. ap. Steph. s. v.

nethia[1]), cujus nomen idem esse ac Temeni filiae apparet. Jam, cum historiarum mythicarum (Volkssage) sit, ut res principum privatas referendo res gentium publicas narrent, colligere licet, aliquam gentem, cujus principem fuisse Deiphobum statuamus, ab iis qui Doricam rem publicam in valle Argiva condiderint, in civitatem Argivam receptam esse. Quam gentem non Doricam fuisse censeo, quia et omnes Dores tribus illis tribubus contentos fuisse Müller aliique satis probasse mihi videntur, et Argivi ipsi se non meros Dores praebent duabus rebus: odio Spartanorum, amore democratiae. Hyrnathiam igitur tribum appositam fuisse puto ex antiquis Argorum incolis, qui fortasse foedere isto Doribus Argos dediderunt. Quod deinde Pausanias[2]) jam Medonem Temeni nepotem omni potestate regia privatum esse narrat, Müller[3]) contra affert locum Platonis (dubium quidem) quo reges Argivorum Lycurgi aequales tyranni fuisse dicantur. Sed non hanc sententiam continet locus[4]). Lycurgus enim, qui reges Argivorum suae gentis consanguineos e regia potestate ad potentiam tyrannicam pervenisse et se ipsos remque publicam perdidisse videret, suae ipsius patriae regibusque sibi cognatis ut res evenirent meliores studuisse fertur. Ita ut aperte Argivorum reges Lycurgi aetate viventes dici mihi

Ὑλλεῖς. — τὸ Παμφυλιακόν, pars Argorum urbis: Plut. de mul. virt. IV., p. 245. — Lg. Müller Aeginet. p. 139, 140; Dorier Bd. II., p. 71. cf. Göttling (Hermes, Bd. 25, p. 142 — 149) qui decem esse *φυλὰς* dicit.

1) Steph. Byz. s. v. *Δυμᾶν] φῦλον Δωριέων. ἦσαν δὲ τρεῖς· Ὑλλεῖς καὶ Πάμφυλοι καὶ Δυμᾶνες, ἐξ Ἡρακλέους· καὶ προσετέθη ἡ Ὑρνηθία, ὡς Ἔφορος α'.* — Boeckh., corp. inscr. n. 1130 *Ἁ φυλὰ τῶν Ὑρναθίων* etc. et 1131 — *ΑΦΤΛΑ(Τ)ΩΝ ΙΝΛΟΙΩΝ.* —

2) l. l. —

3) Dorier Bd. II., p. 104, n. 1: „nach dem Ps. Platon. Brief 8 waren gerade die Könige von Argos und Messene um Lykurgs Zeit Tyrannen.“

4) Plat. epist. VIII., p. 354. *ὡς ἔδειξεν ἔργῳ σοφὸς ἀνὴρ καί ἀγαθὸς Λυκοῦργος, ὃς ἰδὼν τὸ τῶν οἰκείων γένος ἐν Ἄργει καὶ Μεσσήνῃ ἐκ βασιλέων εἰς τυράννων δύναμιν ἀφικομένους καὶ διαφθείραντας ἑαυτούς τε καὶ τὴν πόλιν ἑκατέρους ἑκατέραν, δείσας περὶ τῆς αὑτοῦ πόλεως ἅμα καὶ γένους, φάρμακον ἐπήνεγκε.* — —

videantur jam non fuisse tyranni neque potentes, neve Pausaniae narratio cur falsa sit existimanda intelligam. Priores enim reges Argivos Pausanias illo ipso loco et Plato[1]) quoque neglectis legibus tyrannorum potius quam regum more regnasse affirmant, qua re rem publicam tum potentissimam debiliorem reddidissent magnaque detrimenta toti Graeciae comparavissent.

Hoc tempore res publica Argiva primum in Peloponneso locum tenebat[2]); sed nondum ad summam magnitudinem pervenerat, cum jam duo mala orta sunt, quibus valde deminuta est: alterum, quod modo narravimus, dissidia domestica inter cives et proceres, quae qualia fuerint nescimus; alterum, de quo jam est loquendum, Spartanorum invidia. Dum enim Argivi in Argolica, Spartani in Laconica potestatem confirmare et augere student, amici et socii fuerunt utrique[3]); simulac Argivi finibus tetigerunt Laconum fines, inimici fieri coepti sunt. Montium jugum, e Parthenio provectum ad mare, vallem Argivam finire diximus[4]). Inde a meridie Tano fluvio et alio, cujus nomen nescimus, vallis formatur quadraginta stadia in longitudinem (a mari ad montes) patens, sexaginta in

1) Plato legg. III., p. 690 sq. *πρῶτον δὲ μεθ' ἡμῶν ἀνασκέψαι πῶς τε καὶ τί παρὰ ταῦτα ἁμαρτόντες οἱ περί τε Ἄργος καὶ Μεσσήνην βασιλῆς αὑτοὺς ἅμα καὶ τὴν τῶν Ἑλλήνων δύναμιν οὖσαν θαυμαστὴν ἐν τῷ τότε χρόνῳ διέφθειραν. — — Οὐκοῦν δῆλον, ὡς πρῶτον τοῦτο οἱ τότε βασιλῆς ἔσχον, τὸ πλεονεκτεῖν τῶν τεθέντων νόμων, καὶ ὃ λόγῳ καὶ ὅρκῳ ἐπήνεσαν, οὐ ξυνεφώνησαν αὐτοῖς.* — —

2) Grote, hist. of Greece II., p. 409 sq.: Argos, and the neighbouring towns connected with her — — were at first of greater power and consideration than Sparta; a fact which the legend of the Herakleids seems to recognise by making Têmenos the eldest brother of the three. And Herodotus assures us that at one time all the eastern coast of Peloponnesus down to Cape Malea including the island of Cythêra, all which came afterwards to constitute a material part of Laconia, had belonged to Argos. Down to the time of the first Messenian war, the comparative importance of the Dorian establishments in Peloponnesus appears to have been in the order in which the legend placed them, — Argos first, Sparta second, Messênê third. — cf. Plato legg. III., p. 692. *ἡ δ' αὖ, πρωτεύουσα ἐν τοῖς τότε χρόνοις τοῖς περὶ τὴν διανομὴν, ἡ περὶ τὸ Ἄργος* etc.

3) vd. infra pag. 30 sq.

4) h. l. pag. 2.

latitudinem (praeter oram maritimam). Haec vallis, cum montibus finitimis, Cynuria est terra, initio ab Jonibus culta. Haec vallis tot pugnarum, ab Argivis cum Spartanis commissarum, locus simul et pretium est.

Spartani initium fecerunt. Argivi vexantur a latronibus e Cynuria in Argolidem impetus facientibus, ad quos puniendos veniunt Lacedaemonii expelluntque viros Cynurenses.[1]) Quos cum benigne exciperent Argivi — non enim excursiones in terram Argivam factae tam graves fuisse videntur, quam fuisse eas censebant Lacedaemonii, occupandae terrrae cupidi — cumque Cynuriam tuerentur, mox Lacedaemonios hostes sibi reddiderunt. Labota[2]) enim Echestrati filio et Prytanide[3]) Eurypontis filio Spartae regnantibus Lacedaemonii Argivis bellum intulerunt, quos, fines Cynurenses ab ipsis occupatos dempsisse, perioecos ipsis subjectos abstraxisse, prae se tulerunt. Nec de Cynuria solum pugnatum esse videtur, sed de tota ora Laconica usque ad Malea, quam ante pugnam Othryadis facinore claram Herodotus dicit[4]) Argivos tenuisse; hoc

1) Paus. III., 2, 2. *Ἐπὶ δὲ Ἐχεστράτου τοῦ Ἀγίδος βασιλεύοντος ἐν Σπάρτῃ Κυνουρέας τοὺς ἐν τῇ ἡλικίᾳ Λακεδαιμόνιοι ποιοῦσιν ἀναστάτους αἰτίαν ἐπενεγκοντες ὡς τὴν Ἀργολίδα, συγγενῶν σφισιν ὄντων Ἀργείων, λῃσταί τε ἐκ τῆς Κυνουριακῆς κακουργοῖεν καὶ αὐτοὶ καταδρομὰς ἐκ τοῦ φανεροῦ ποιοῖντο ἐς τὴν γήν.* Plura de hac re scripsi h. l. pag. 27—28.

2) Paus. ibid. *Ἔτεσι δὲ ὕστερον οὐ πολλοῖς Λαβώτας ὁ Ἐχεστράτου τὴν ἀρχὴν ἔσχεν ἐν Σπάρτῃ. τοῦτον τὸν Λαβώταν — — —. Λακεδαιμονίοις δὲ πρῶτον τότε ἔδοξεν ἄρασθαι πρὸς Ἀργείους πόλεμον· ἐποιοῦντο δὲ ἐς αὐτοὺς ἐγκλήματα τήν τε Κυνουρικὴν ἑλόντων αὐτῶν ἀποτέμνεσθαι τοὺς Ἀργείους καὶ τοῦς περιοίκους σφῶν ὑπηκόους ὄντας ἀφιστάναι. τότε μὲν δὴ παρὰ οὐδετέρων πολεμησάντων ὅμως μνήμης ἄξιον πραχθῆναί φασιν οὐδέν.* —

3) Paus. III., 7, 2. *Ἐπὶ μὲν δὴ Πρυτανίδος τοῦ Εὐρυπῶντος τὸ ἔχθος τε Λακεδαιμονίοις ἤρξατο τὸ ἐς Ἀργείους, καὶ ἔτι τοῦ ἐγκλήματος τούτου πρότερον Κυνουρεῦσιν ἐπολέμησαν.* Echestratum in Cynuriam impetum fecisse anno centesimo ab Heraclidarum migratione, ante Olympiadem primam 228.; Labotam Argivis bellum intulisse anno 120 a. H. m., 208 ante Ol. I. dicit O. Müller (Dor. II., p. 468.)

4) Her. I., 82. *ἦν δὲ καὶ ἡ μέχρι Μαλεῶν ἡ πρὸς ἑσπέρην Ἀργείων, ἥ τε ἐν τῇ ἠπείρῳ χώρη καὶ ἡ Κυθηρίη νῆσος καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν νήσων.* „What other islands are meant I do not distinctly understand.“ Grote II., p. 410, n. 1. Kiepert (Atlas von Hellas, tab. I.) Cynurenses totam oram a Parthenio monte ad Maleam habitasse censet.

enim ipso tempore simul cum Cynuria oram quoque Laconicam occupatam esse ab Argivis verisimile mihi videtur esse[1]). — Spartani tum nihil effecerunt, sed ex hoc tempore continuas fere Argivorum Laconumque pugnas videmus, quibus et Argos urbs quominus opulentior fieret atque potentior et universa Graecia magnopere est impedita[2]).

Charillos[3]) Spartanorum rex, Polydectis filius, Eunomi nepos, Prytanidis pronepos, qui simul cum Archelao regnabat[4]), fines Argivorum vastavit[5]). Gravius terram Argivam violasse videtur Nicander Charilli filius (Telecli aequalis) Spartae rex[6]), qui ad im-

1) Müller quod dicit (Aeginet. p. 54) „Neque ii (Spartani) bellum illud (Ol. 58) de Thyreatide unquam suscepissent nisi ora hac, quae sola aditum ad Cynuriam praebebat, prius occupata.“ (Sed cur non hanc oram simulac Cynuriam recuperare conati sint?) „Necesse igitur est inter Echestrati tempus et Olympiadem undesexagesimam Laconiae litus in ditionem Argivorum venisse. Quando autem nisi Phidone rege? Nam ante Phidonem summam Peloponnesi penes Spartanos fuisse — — comprobatur,“ non concedendum puto, cum ante Phidonem summam Peloponnesi apud Argivos fuisse statuamus.

2) Paus. IV, 5, 1. *τὰ Ἀργείων, ὡς οὔποτε ἐσχήκασι (οἱ Λακεδαιμόνιοι) κόρον ἀποτεμνόμενοι τῆς χώρας ἀεί τι* — —. Paus. II, 20 *Λακεδαιμονίοις πολεμεῖν πρὸς Ἀργείους ἀρξαμένοις οὐδεμία ἦν ἔτι ἀπαλλαγὴ, πρὶν ἢ Φίλιππος σφᾶς ἠνάγκασεν ὁ Ἀμύντου μένειν ἐπὶ τοῖς καθεστηκόσιν ἐξ ἀρχῆς ὅροις τῆς χώρας· τὸν δὲ ἔμπροσθεν χρόνον οἱ Λακεδαιμόνιοι μηδὲν ἔξω Πελοποννήσου περιεργαζόμενοι τῆς Ἀργείας ἀεί τι ἀπετέμνοντο, ἢ οἱ Ἀργεῖοι τετραμμένων πρὸς πόλεμον ἐκείνων ὑπερόριον ἐν τῷ τοιούτῳ καὶ αὐτοί σφισιν ἐνέκειντο.* Cf. Polyb. V, 92, 9. 10.

3) Charilaos al.

4) Paus. III, 2, 5. inter annum 250 et 270 p. H. m.; 78 et 58 ante Ol. I.

5) Paus. III, 7, 3. *Χαρίλλος δὲ ὁ Πολυδέκτου τήν τε γῆν ἐδῄωσεν Ἀργείοις (οὗτος γὰρ καὶ ὁ ἐς τὴν Ἀργολίδα ἐσβαλὼν) καὶ* — —.

6) Paus. III, 7, 4. *Μετὰ δὲ Χαρίλλον τελευτήσαντα Νίκανδρος ὁ Χαρίλλου διαδέχεται τὴν ἀρχήν.* — — *ἐσέβαλε δὲ καὶ ἐς τὴν Ἀργολίδα ὁ Νίκανδρος στρατιᾷ καὶ τὰ πολλὰ ἐκάκωσε τῆς χώρας. μετασχόντες δὲ Ἀσιναῖοι Λακεδαιμονίοις τοῦ ἔργου δίκην μετ᾽ οὐ πολὺ Ἀργείοις ἀπέδοσαν σὺν μεγάλῳ πατρίδος τε ὀλέθρῳ καὶ φυγῇ τῇ σφετέρᾳ.* et Paus. II, 36, 5. *Λακεδαιμονίων δὲ καὶ τοῦ βασιλέως Νικάνδρου τοῦ Χαρίλλου τοῦ Πολυδέκτου τοῦ Εὐνόμου τοῦ Πρυτανίδος ἐς τὴν Ἀργολίδα ἐσβαλόντων στρατιᾷ συνεσέβαλόν σφισιν οἱ Ἀσιναῖοι, καὶ ἐδῄωσαν σὺν ἐκείνοις τῶν Ἀργείων τὴν γῆν. ὡς δὲ ὁ στόλος τῶν Λακεδαιμονίων ἀπῆλθεν οἴκαδε, στρατεύου-*

petum in terram Argivam faciendum Lacedaemoniorum exercitum conjunxerat cum Asinaeis. Lacones aut trans sinum Argolicum trajicientes ad orae partem a Dryopibus cultam appulerunt, unde cum his juncti ingressi sunt in agrum Argivum; aut ipsi a terra, Asinaei a mari impetum fecerunt in litus illud Laconicum orientale, ab Argivis occupatum, unde conjuncti septentrionem versus progressi sunt, maximam terrae partem vastantes. Deinde Spartani domum reverterunt, Argivi Erato, qui tum Argis regnabat, duce ad Asinenses puniendos profecti sunt. Asinenses per aliquod tempus de muris hostes defendebant, sed postquam cum multis aliis Argivis Lysistratum, unum e proceribus, ceciderunt, muro ab Argivis occupato, cum uxoribus liberisque in navibus impositis patria cedunt. Argivi oppidum solo aequant, agrum suis finibus adjiciunt et postquam ad Pythaei Apollinis templum, cui soli pepercerant, Lysistratum humarunt, domum redeunt, Asinaei vero apud Lacedaemonios refugium invenerunt [1]) et postea alteram patriam in Messenia acceperunt [2]).

Quae facta sunt circa Olymp. I, aetate una [3]) ante primam belli Messenici primi pugnam, quae Olympiadis IX secundo anno fuisse videtur [4]). Eodem fere tempore Argivi a Lacedaemoniis

σιν ἐπὶ τὴν Ἀσίνην οἱ Ἀργεῖοι καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν Ἔρατος. καὶ χρόνον μέν τινα ἀπὸ τοῦ τείχους ἠμύναντο οἱ Ἀσιναῖοι καὶ ἀποκτείνουσιν ἄλλους τε καὶ Λυσίστρατον ἐν τοῖς δοκιμωτάτοις ὄντα Ἀργείων· ἁλισκομένου δὲ τοῦ τείχους οὗτοι μὲν γυναῖκας ἐς τὰ πλοῖα ἐνθέμενοι καὶ παῖδας ἐκλείπουσι τὴν αὐτῶν, Ἀργεῖοι δὲ ἐς ἔδαφος καταβαλόντες τὴν Ἀσίνην καὶ τὴν γῆν προσορισάμενοι τῇ σφετέρᾳ, Πυθαέως τε Ἀπόλλωνος ὑπέλιπον τὸ ἱερὸν (καὶ νῦν ἔτι δῆλόν ἐστι) καὶ τὸν Λυσίστρατον πρὸς αὐτῷ θάπτουσιν.

1) In prima belli Mess. I pugna Ἀσιναῖοί τε οἱ Δρύοπες γενεᾷ πρότερον ὑπὸ Ἀργείων ἐκ τῆς σφετέρας ἀνεστηκότες καὶ ἥκοντες ἐς τὴν Λακεδαίμονα ἱκέται κατ᾽ ἀνάγκην συνεστρατεύοντο. Paus. IV, 8, 2.

2) Paus. IV, 14, 2. τῆς δὲ γῆς τῆς Μεσσηνίας Ἀσιναίοις μὲν ἀνεστηκόσιν ὑπὸ Ἀργείων διδόασιν ἐπὶ θαλάσσῃ ταύτην ἣν καὶ νῦν ἔτι οἱ Ἀσιναῖοι νέμονται. — et Paus. IV, 34, 6 Δρύοπες — τὴν πρὸς Ἑρμιόνῃ Ἀσίνην ἔσχον, ἐκεῖθεν δὲ ἐκπεσόντες ὑπὸ Ἀργείων οἰκοῦσιν ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ Λακεδαιμονίων δόντων.

3) γενεᾷ πρότερον Paus. IV, 8, 2 v. supra.

4) Müller, Dorier II, p. 470.

Alcamenem regem sequentibus proelio victi sunt, cum Achaeis Helos tenentibus auxilium tulissent [1]).

Mox Phido [2]) Aristodamidae filius regnum Argivum adeptus est, qui quod regiam potentiam restituere conatus est, tyranni nomen accepit. De rebus, quas effecit, multa sunt scripta [3]) sed cum molestum sit, saepius dicta repetere, liceat mihi brevi esse.

Argorum auctoritatem [4]) jam deminutam restituere voluit, qualis antea fuerit et qualis Temeni regni esse debeat. Itaque certo urbes Amphictyoniae Argivae participes firmius conjunxit: sed etiam alias Peloponnesi urbes, — ut Corinthum [5]) — occupare

1) Paus. III, 2, 7 *Τηλέκλου δὲ ἀποθανόντος Ἀλκαμένης ἔσχεν ὁ Τηλέκλου τὴν ἀρχὴν, καὶ Λακεδαιμόνιοι — Ἀργείους τοῖς Εἵλωσιν ἀμύναντας μάχῃ νικῶσιν.*

2) vide infra pag. 37 sqq.

3) Weissenborn (Hellen. p. 1—86); Müller (Aeginet. p. 51—63), Clinton, Grote, Böckh, Plass al.

4) Strabo VIII, p. 358. *Φείδωνα δὲ τὸν Ἀργεῖον δέκατον μὲν ὄντα ἀπὸ Τημένου, δυνάμει δὲ ὑπερβεβλημένον τοῖς κατ' αὐτὸν, ἀφ' ἧς τήν τε λῆξιν ὅλην ἀνέλαβε τὴν Τημένου διεσπασμένην ἐς πλείω μέρη. καὶ μέτρα ἐξεῦρε τὰ Φειδώνεια καλούμενα, καὶ σταθμοὺς καὶ νόμισμα κεχαραγμένον, τό τε ἄλλο καὶ τὸ ἀργυροῦν· πρὸς τούτοις ἐπιθέσθαι καὶ ταῖς ὑφ' Ἡρακλέους αἱρεθείσαις πόλεσι, καὶ τοὺς ἀγῶνας ἀξιοῦν τιθέναι αὐτὸν, οὓς ἐκεῖνος ἔθηκε· τούτων δὲ εἶναι καὶ τὸν Ὀλυμπιακόν· καὶ δὴ βιασάμενον ἐπελθόντα θεῖναι αὐτὸν, οὔτε τῶν Ἠλείων ἐχόντων ὅπλα ὥστε κωλύειν, διὰ τὴν εἰρήνην, τῶν τε ἄλλων κρατουμένων τῇ δυναστείᾳ. οὐ μὴν τούς γε Ἠλείους ἀναγράψαι τὴν θέσιν ταύτην· ἀλλὰ καὶ ὅπλα κτήσασθαι διὰ ταῦτα καὶ ἀρξαμένους ἐπικουρεῖν σφίσιν αὐτοῖς· συμπράττειν δὲ καὶ Λακεδαιμονίους, εἴτε φθονήσαντας τῇ διὰ τὴν εἰρήνην εὐτυχίᾳ, εἴτε καὶ συνεργοὺς ἕξειν νομίσαντας πρὸς τὸ καταλῦσαι τὸν Φείδωνα ἀφῃρημένον αὐτοὺς τὴν ἡγεμονίαν τῶν Πελοποννησίων, ἣν ἐκεῖνοι προεκέκτηντο· καὶ δὴ καὶ συγκαταλῦσαι τὸν Φείδωνα, τοὺς δὲ συγκατασκευάσαι τοῖς Ἠλείοις τήν τε Πισᾶτιν καὶ τὴν Τριφυλίαν.* Locus satis obscurus est. — De tyranni nomine cf. Aristot. polit. V, 8, 4, p. 218 *οἷον Φείδων μὲν περὶ Ἄργος καὶ ἕτεροι τύραννοι κατέστησαν βασιλείας ὑπαρχούσης.*

5) Plutarchi narr. amat. p. 772. *Φείδων τις τῶν Πελοποννησίων ἐπιτιθέμενος ἀρχῇ, τὴν Ἀργείων πόλιν, τὴν πατρίδα τὴν ἑαυτοῦ, ἡγεμονεύειν τῶν λοιπῶν βουλόμενος, πρῶτον ἐπεβούλευσε Κορινθίοις.* Phidonis consilium prohibetur Melissi prudentia. Cf. Schol. Apoll. Rhod. IV, v. 1212- *Μέλισσος εὐεργετήσας τοὺς Κορινθίους (μέλλοντας γὰρ ὑπὸ Φείδωνος τοῦ τῶν Ἀργείων βασιλέως διαφθαρῆναι ἐῤῥύσατο).* — Sed Müller (Aeginet. p. 55 sq.) postea Phidonem subjecisse Corinthum colligit e loco Ari-

conatus est [1]), et ut Herculi par fiat, cum Pisatis agonem Olympicum (octavum) posuit [2]).

Urbes quidem mox se liberasse et ipse Phido, a Lacedaemoniis victus, propriae potentiae superstes fuisse videtur [3]); sed re vera optime de Peloponnesiis meruit, cum nummos [4]) cuderit, mensurasque et pondera aequalia instituerit.

stotelis (pol. II, 3, 7, p. 53 ed. Schn.): *Φείδων μὲν οὖν ὁ Κορίνθιος, ὢν νομοθέτης τῶν ἀρχαιοτάτων* — —; quem Phidonem Corinthium non fuisse tyrannum Argivum existimat Weissenborn (Hellen p. 39 sq.). Quod, cum neutrius argumenta certa sint, nec certiora aliunde mihi adsint, in medio relinquo. — De Amphictyonia Argiva vide infra pag. 29 sqq.

1) Dexippus (ap. Eus. Chron. I, 57) Phidonem dicit *τῆς ὅλης Πελοποννήσου* imperium tenuisse. — Weissenborn Phidonem multa fecisse dicit, quae certo non fecit. Ita non vicit Spartanos ad Hysias urbem, quod non vixit circa Ol. 27 (quo tempore proelium Hysiense commissum est): id quod demonstrare conati sumus paragrapho hujus libelli inscripto: „Quando vixerit Phido." Non diruit Mideam et Tirynthem et Hysias, quas urbes non ante Ol. 80 eversas esse ostendit Müller (Dor. I, p. 175 sq.). Non subegit Orneatas, qui liberi fuerunt usque ad Ol. 90 (vide infra p. 25, p. 28). Non expugnavit Cynuriam et oram Laconicam (quod Müller quoque opinatur): has enim terras multo prius ab Argivis occupatas esse vidimus (v. supra pag. 11. 12).

2) Strabo l. l. — Herod. VI, 127. *Φείδωνος τοῦ Ἀργείων τυράννου παῖς Λεωκήδης, Φείδωνος δε τοῦ τὰ μέτρα ποιήσαντος Πελοποννησίοισι καὶ ὑβρίσαντος μέγιστα δὴ Ἑλλήνων ἁπάντων, ὃς ἐξαναστήσας τοὺς Ἠλείων ἀγωνοθέτας αὐτὸς τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ ἀγῶνα ἔθηκεν.* — Paus. VI, 22, 2. *Πισαῖοι δὲ ἐφειλκύσαντο αὐθαίρετον συμφορὰν ἀπεχθανόμενοι τοῖς Ἠλείοις καὶ σπουδὴν ποιούμενοι τιθέναι τὸν Ὀλυμπικὸν ἀγῶνα ἀντὶ Ἠλείων, οἵ γε Ὀλυμπιάδι μὲν τῇ ὀγδόῃ τὸν Ἀργεῖον ἐπηγάγοντο Φείδωνα τυράννων τῶν ἐν Ἕλλησι μάλιστα ὑβρίσαντα, καὶ τὸν ἀγῶνα ἔθεσαν ὁμοῦ τῷ Φείδωνι.*

3) v. Müller. Aeginet. l. l. — Strabo l. l.

4) Strabo l. l. — Marmor. Par. (ed. F. Didot.) lin. 45, 46. *ἀφ᾽ οὗ Φ[εί]δων ὁ Ἀργεῖος ἐδήμευσ[ε τὰ μ] έ[τρα καὶ ἀ]νεσκεύασε καὶ νόμισμα ἀργυροῦν ἐν Αἰγίνῃ ἐποίησεν.* — Poll. Onom. IX, 83. *εἴτε Φείδων πρῶτος ὁ Ἀργεῖος ἔκοψε νόμισμα.* — Schol. Pind. Ol. VIII, 17 *ἐπειδὴ Φείδων τις, Κορίνθιος ἀνὴρ, εὗρε μέτρα καὶ στάθμια.* — Plin. h. n. VIII, 56 Mensuram et pondera Phidon Argivus (instit.). Strabo VIII, 376 *Ἔφορος δ᾽ ἐν Αἰγίνῃ ἄργυρον πρῶτον κοπῆναί φησιν ὑπὸ Φείδωνος.* — Eustath. Il. II, v. 562, p. 288, 10 (ed. Rom.) *ἐκόπη δὲ καὶ ἀργύριον πρῶτον ὑπὸ Φειδίου ἐνταῦθα (ἐν Αἰγίνῃ).* Cf. Ael. v. h. XII, 18. — Didym. ap. Stol. Pind. Ol. XIII, 27 *ὅτι Φείδων ὁ πρῶτος κόψας Κορινθίοις τὸ*

Statim postquam Olympiadem (octavam) egerit devictum esse Phidonem et e Strabonis verbis [1]) colligere licet et inde, quod non sit credibile, Spartanos simul cum Phidone et cum Messeniis dimicasse: tertio decimo autem belli Messenici primi anno Argivos videmus tantopere Spartanorum metuentes, ut Messeniis auxilium ferre, quamvis cupiant et promiserint, vix audeant [2]).

Octavo decimo demum anno Argivi aeque ac Arcades et Sicyonii auxilia mittunt Messeniis, qui magno proelio fugant Spartanos [3]). Sed duobus annis post Messenii devicti sunt [4]). Et jam Spartani Argivis, quos modo socios sibi conciliare conaturi fuerant, bellum inferunt, ut fere omnia, Cynuriae recuperandae causa susceptum [5]). Quid effecerint non certo scimus. Müller [6]) Argi-

μέτρον Ἀργεῖος ἦν. — Isid. Orig. XVI, 24. Primus Sidon Argivus ponderum rationem in Graecia instituit. — Afric. ap. Euseb. chr. can. lb. postr. p. 316; G. Syncell. p. 198 C etc. etc.

1) Str. l. l.

2) Paus. IV, 10. *Ἔτει δὲ ἕκτῳ μετὰ τὸν ἐξ Ἰθώμης Λυκίσκου δρασμόν — — οἱ μὲν Ἀργεῖοι κρυφα ἔμελλον τῶν Λακεδαιμονίων ἀφίξεσθαι, καὶ ἰδίᾳ δὴ μᾶλλον ἢ μετὰ δόγματος κοινοῦ;* et in ejusd. cap. fine: *Ἀριστόδημος δὲ βασιλεύσας —— διὰ θεραπείας εἶχε καὶ τὰ τῶν συμμάχων Ἀρκάδων τε τοῖς δυνατοῖς καὶ ἐς Ἄργος καὶ ἐς Σικυῶνα ἀποστέλλων δῶρα. — Ἀργεῖοι δὲ προαναφῆναι μὲν τὸ ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους ἔχθος οὐκ ἠξίουν, γενομένου δὲ ἀγῶνος παρεσκευάζοντο ὡς μεθέξοντες.*

3) Paus. IV, 11. *Πέμπτῳ δὲ ἔτει τῆς Ἀριστοδήμου — οὕτω παρεγένοντο ἀμφοτέροις οἱ σύμμαχοι — τοῖς δὲ Μεσσηνίοις οἵ τε Ἀρκάδες πανστρατιᾷ καὶ Ἀργείων καὶ Σικυωνίων λογάδες,* et quae sequuntur.

4) Paus. IV, 13. *Περὶ δὲ τὸν ἐνιαυτὸν λήγοντα ἐξέλιπον τὴν Ἰθώμην, πολεμήσαντες ἔτη τὰ πάντα εἴκοσι, καθὰ δὴ καὶ Τυρταίῳ πεποιημένα ἐστίν·*

Εἰκοστῷ δ' οἱ μὲν κατὰ πίονα ἔργα λιπόντες
Φεῦγον Ἰθωμαίων ἐκ μεγάλων ὀρέων.

ὁ δὲ πόλεμος ἔλαβεν οὗτος τέλος ἔτει πρώτῳ τῆς τετάρτης καὶ εἰκοστῆς Ὀλυμπιάδος.

5) Paus. III, 7, 5. *Θεοπόμπου δὲ ἔτι ἔχοντος ἐν Σπάρτῃ τὴν ἀρχὴν γίνεται καὶ ὁ περὶ τῆς Θυρεατίδος καλουμένης χώρας Λακεδαιμονίοις ἀγὼν πρὸς Ἀργείους. Θεόπομπος δὲ αὐτὸς οὐ μετέσχε τοῦ ἔργου γήρᾳ καὶ ὑπὸ λυπῆς τὸ πλέον,* itaque alter rex Polydorus duxit Spartanos. Cf. Eus. Chron. can. lb. postr. p. 316 ad Ol. 15. Argivorum et Lacedaemoniorum bellum in Thyrea.

6) Dor. I, p. 158.

vos tum vicisse et inde per longum tempus Thyreatidem tenuisse e Herodoti verbis: *ἐκδεδωρίευνται ὑπό τε Ἀργείων ἀρχίμενοι καὶ τοῦ χρόνου* [1]) colligit. Mihi vero Argivi magna clade affecti esse videntur a Spartanis, quos duxit Polydorus [2]). Plutarchus enim Polydorum regem, quem post victoriam de Argivis reportatam socii hortarentur, ut Argos urbem, in qua occisis viris solae mulieres essent, occuparet, respondisse narrat, se, qui pro justa re et legitima, pro terra Laconica recuperanda pugnasset, non velle alienam terram expugnare. Plutarchus quidem hoc post tricenorum virorum pugnam factum esse dicit; sed hanc multo post fuisse mox videbimus; nec puto pro Polydori nomine aliud ponendum esse: res enim inepta esset, cum illa pugna neque Argivi omnes viros perdiderint — ut infra videbimus — et Spartani permultos. Sed rem ad hanc pugnam Thyreaticam pertinere puto.

Lassi deinde fessique diuturnis bellis, aliquantum temporis quiete et otio fruebantur Argivi: nam Spartani quoque continuis pugnis fatigati pacem servabant.

Sed post aliquot annos a Messeniis [3]), qui cum Aristomene erant, nuntii clam venerunt ad Argivos [4]) — et ad Arcadas — qui rogaverunt, an illi Messeniis sine ullo praetextu ac tergiversatione, nec ope minore quam in priore bello, auxilium laturi essent. Quod Argivi, et inter otium Spartanis etiam infestiores facti [5]), et

1) vide „*Ὀρνεῆται καὶ περίοικοι*" infra.

2) Plut. Apophth. Lac. p. 251 E. *Ἀργείων δὲ πάλιν μετὰ τὴν τῶν τριακοσίων μάχην ἐκ παρατάξεως πανδημεῖ κρατηθέντων, τὸν Πολύδωρον οἱ σύμμαχοι παρεκελεύοντο μὴ παρεῖναι τὸν καιρὸν, ἀλλ' ἐπελθόντα τῷ τείχει τῶν πολεμίων, τὴν πόλιν ἑλεῖν· ῥᾷστον γὰρ ἔσεσθαι, τῶν μὲν ἀνδρῶν ἀπολωλότων, τῶν δὲ γυναικῶν ἀπολελειμμένων· ἔφη πρὸς αὐτούς· Τὸ μὲν ἐκ τοῦ ἴσου μαχόμενον νικᾶν τοὺς ἐναντιουμένους, ἔστι μοι καλόν· τὸ δ' ὑπὲρ τῶν ὅρων τῆς χώρας μεμαχημένον τὴν πόλιν ἐπιθυμεῖν λαβεῖν, οὐ δίκαιον τίθεμαι εἶναι· ἦλθον γὰρ χώραν ἀπολαβεῖν, οὐ καταλαβέσθαι πόλιν.* — Polydorus regnavit ab Ol. 8 ad Ol. 17. Müller, Dor. II, p. 470.

3) quae sequuntur, Paus. in l. IV, c. 15—23 contenta sunt.

4) Paus. IV, 14 fin. *κρύφα δὲ ἐς Ἄργος καὶ παρὰ τοὺς Ἀρκάδας ἀπέστελλον, εἰ σφίσιν ἀπροφασίστως καὶ μηδὲν ἐνδεεστέρως ἢ ἐπὶ τοῦ πολέμου τοῦ προτέρου ἀμῦναι θελήσουσιν.*

5) *τὰ ἀπὸ τῶν συμμάχων προθυμότερα ἢ προσεδόκουν (καὶ γὰρ Ἀργείοις ἤδη καὶ Ἀρκάσι λαμπρῶς τὸ ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους ἔχθος ἐξῆπτο).*

Messeniorum Argis habitantium — frequentes enim post primum bellum Argos fugerant [1]) — precibus, ut opinor, moti, promiserunt. Occasio adesse visa est Argivis ulciscendarum permultarum injuriarum, quibus affecti erant a Spartanis. Et jam bellum moverunt Messenii (Ol. XXIII, 4) [2]), solique solos vicerunt Lacedaemonios ad Deras; in sequente autem anno Messenii cum Eleis et Arcadibus Argivorumque atque Sicyoniorum auxiliis [3]) Lacedaemonios, quibus conjuncti erant Corinthii et Lepreatae, insigni victoria fudunt ad Apri monumentum (*Κάπρου σῆμα*) in Stenyclaro Messeniae regione. Sed uno anno post Messenii ad Magnam Fossam (*Μεγάλην τάφρον*) summa clade affecti sunt, cum Arcades deficerent, Argivi non adessent nec Sicyonii neque Elei [4]). Et Argivos quidem Lacedaemonii certo non corruperunt pecunia — sicut Arcades, — nec illos segnius bellum gessisse contra Spartanos, quibus inimicissimi essent, putandum est; sed alia quadam causa impeditos eos esse quominus subvenirent Messeniis existimo. Spartani enim ipsi, quorum plurimum interesset, ne auxilia venirent Messeniis, summam operam dedisse mihi videntur, ut Argivos in propria terra detinerent, non quidem exercitum Laconicum statim mittentes — omnibus enim viribus ad vincendos Messenios ipsis opus erat, — sed intestina bella Argivis conflantes. Fortasse Corinthios socios, ut in vallem Argivam impetum facerent, incitarunt, fortasse jam tum Nauplienses ad seditionem faciendam data sicut Arcadibus pecunia commoverunt. Nec multo post, cum Messenii, magna clade accepta, in Ira arce oppugnabantur, Spartani exercitus pars, qua pro eorum belli gerendi ratione non opus erat ad obsidium, Argivis bellum infert, non agrorum expu-

1) Paus. IV, 14 init. *Μεσσηνίων δὲ ὅσοις μὲν ἔτυχον — καὶ ἐν Ἄργει προξενίαι — ἐς ταύτας τὰς πόλεις ἀπεχώρησαν.*

2) Ol. 24, 3. Corsini f. A., Clinton f. H.

3) *Μεσσηνίοις μὲν οὖν Ἠλεῖοι καὶ Ἀρκάδες, ἔτι δὲ ἐξ Ἄργους ἀφίκετο καὶ Σικυῶνος βοήθεια* sqq. Paus. IV, 15, 4. Cf. Strabo VIII, p. 362.

4) Paus. IV, 17, 4 *ἀπόντων μὲν Ἠλείων τῆς μάχης, ἀπόντων δὲ Ἀργείων καὶ Σικυωνίων.*

gnandorum causa [1]) — nondum enim Messeniam satis firme possidebant — sed, ut jam dixi, prohibendi causa, quominus Argivi Iram arcem liberarent. Et hi quidem ad Hysias urbem magnam victoriam de Spartanis reportarunt Ol. XXVII. a. 4 [2]), nec multo post Nauplienses [3]), qui cum Spartanis fecerant, vicerunt et e patria pepulerunt; sed jam, domesticos hostes subigentes et qui ipsos aggressi erant defendentes tempus amiserant Messeniorum servandorum; non multo post Naupliensium fugam Ira capta, bellum finitum est (Ol. 29). Hoc tempore Damocratidas [4]) Argis regnavit, quem fortasse Phido minor secutus est. De quo fere nihil scimus. Fortasse [5]) tyrannum se ipsum fecit, non enim negari potest, fortasse Aristotelis sententiam, Phidonem Argivum e rege

1) O. Müller et Weissenborn tum de Cynuria pugnatum esse putant (Dorier, I, p. 158; Hellen p. 35); equidem non nego, fortasse Argivos post pugnam Hysiensem Cynuriam recuperasse: sed tum hic effectus pugnae erat, non causa.

2) Paus. II, 24, 8. *Ἐπανελθοῦσι δὲ ἐς τὴν ἐπὶ Τεγέας ὁδόν ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ ὀνομαζομένου Τρόχου Κεγχρεαί. — καὶ πολυάνδρια ἐνταῦθά ἐστιν Ἀργείων νικησάντων μάχῃ Λακεδαιμονίους περὶ Ὑσίας. τὸν δὲ ἀγῶνα τοῦτον συμβάντα εὕρισκον Ἀθηναίοις ἄρχοντος Πεισιστράτου, τετάρτῳ δὲ ἔτει τῆς Ὀλυμπιάδος ἣν Εὐρύβοτος Ἀθηναῖος ἐνίκα στάδιον.* Ad definiendum annum Sibelis (ad h. l.) affert locum Dionysii Halic. III, init.; p. 103 ed. Steph. *οὗτος ἦν — ὁ δεύτερος ἐνιαυτὸς τῆς ἑβδόμης καὶ εἰκοστῆς ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα στάδιον Εὐρυβάτης Ἀθηναῖος, ἄρχοντος Λεωστράτου.* Cf. Jul. Afric. Olympiad. catal. ap. Euseb. ed. A. Maji p. 144. lb. I, c. 33 ad Ol. 27: Eurybus Athenaeus stadium.

3) Paus. IV, 35, 2. *ὅτι Ναυπλιεῦσιν ἐπὶ Λακονισμῷ διωχθεῖσι Δαμοκρατίδα βασιλεύοντος ἐν Ἄργει Μοθώνην Λακεδαιμόνιοι διδόασι.* Cf. Paus. IV, 24. 2. *Λακεδαιμόνιοι δὲ τότε ὡς ἐπεκράτησαν τῆς Μεσσηνίας — Μοθώνην δὲ Ναυπλιεῦσιν ἐδίδοσαν ἐκπεπτωκόσιν ἐκ Ναυπλίας ἔναγχος ὑπὸ Ἀργείων.*

4) v. n. 3. Paus. IV, 35, 2.

5) Plassius (Griech. Gesch. II, p. 180 sq.) nonnulla de hoc Phidone scit: „Gegen das Jahr 600 trat der jüngere Pheidon auf, der völlig den Character eines Zwingherrn annahm; denn die Art und Weise, wie sich Herodot und Aristoteles über ihn ausdrücken, erlauben durchaus nicht, dass man sich unter ihm einen König vorstelle, welcher bloss seine verfassungsmässige Befugniss überschritten habe. Indessen stammte er doch nach Pausanias aus dem königl. Hause und wurde nicht, wie An-

tyrannum evenisse[1]), pertinere ad hunc Phidonem, qui jam Herodoti tempore tam fuit ignotus, ut cum Phidone majore confunderetur. Quod in medio relinquo. Phidone regnante bella fuisse videntur Argivorum cum Clisthene Sicyonio, quorum mentionem facit Herodotus [2]).

Eum secutus est Lacedes [3]), qui Clisthenis filiam in matrimonium ducere voluit, vir mollis [4]), cujus filius Meltas omnino regno privatus est a populo [5]). Aut Lacede aut Melta regnante Argivi expugnant Nemeam [6]) aguntque primum agonem hiemalem eorum qui notati sunt, cum prius Cleonaei egerint Nemea [7]). Post Meltam vero expulsum ex alia gente regem creant Argivi, Aegonem, qui ab ipso deo, aquila missa, electus esse fertur [8]). Quod circa Ol. 55. factum esse dicit Müller[9]), non probatum quidem afferens, sed probabile.

dere seines Gleichen, lediglich aus einem Demagogen ein Zwingherr etc. Nach Strabo haben die Spartaner auch diesen Zwingherrn gestürzt etc.

1) Aristot. pol. V, 8, 4. p. 218 v. supra, p. 14, c. n. 4.

2) Her. V, 67. *Κλεισθένης γὰρ Ἀργείοισι πολεμήσας, τοῦτο μὲν, ῥαψῳδοὺς ἔπαυσε ἐν Σικυῶνι ἀγωνίζεσθαι τῶν Ὁμηρείων ἐπέων εἵνεκα, ὅτι Ἀργεῖοί τε καὶ Ἄργος τὰ πολλὰ πάντα ὑμνέαται·* et qu. seqq.; cf. Müller (Dor. I, p. 163 sq.).

3) Her. VI, 128. v. infra. pag. 37 sqq.

4) Plut. de cap. ex inim. util. p. 89 E: *οἷον Λακήδην τὸν Ἀργείων βασιλέα κόμης τινὸς διάθεσις καὶ βάδισμα τρυφερώτερον εἰς μαλακίαν διέβαλε.*

5) Paus. II, 19, 2. *Μέλταν δὲ τὸν Λακήδου, δέκατον ἀπόγονον Μήδωνος, τὸ παράπαν ἔπαυσεν ἀρχῆς καταγνοὺς ὁ δῆμος;* cf. n. 8.

6) Eus. Chron. ed. A. Maji. p. 316: ad. Ol. 52. Nemeacus primus Agon ab Argivis actus est post Archemorum („post alterum sub Archemoro" in Chron. Armen. ed. Aucher. Ancyr. Venet. 1818, part. II, p. 195); cf. Sync. p. 139 B. *Νέμεα πρῶτον ἤχθη ἀγὼν ὑπ' Ἀργείων μετὰ τὸν Ἀρχέμορον.*

7) Pind. Nem. IV. *Κλεωναῖον ἀγῶνα;* cf. Böckh. Pind. tom. II, pars II, p. 381.

8) Plut. de Alex. s. virt. s. fort. II, p. 340 E, F. *Ἐξέλιπέ ποτε Ἀργείοις τὸ Ἡρακλειδῶν γένος, ἐξ οὗ βασιλεύεσθαι πάτριον ἦν αὐτοῖς· ζητοῦσι δὲ καὶ διαπυνθανομένοις ὁ θεὸς ἔχρησεν ἀετὸν δείξειν· καὶ μεθ' ἡμέρας ὀλίγας ἀετὸς ὑπερφανεὶς καὶ κατάρας ἐπὶ τὴν Αἴγωνος οἰκίαν ἐκάθισε, καὶ βασιλεὺς ἡρέθη Αἴγων.*

9) Dor. II, p. 104 n. 1.

Aliquot annis post [1]) Argivi Cynuriam a Lacedaemoniis occupatam [2]) pugna recipere volunt. Et ad Thyream urbem priusquam proelium incipiant in sermonum certamen se committunt exercitus, et Amphictyonibus dijudicandum dare constituunt, utrorum sit terra. Amphictyones autem rem tricenorum virorum utrinque lectorum pugna decernendam esse dicunt [3]). Trecenti igitur

1) Herodotus, cum Croesi historiam narrat (I, c. 81-83) dicit (I, 82): (*Κροῖσος*) *ἔς τε δὴ ὦν τὰς ἄλλας ἔπεμπε συμμαχίας, καὶ δὴ καὶ ἐς Λακεδαίμονα.* (c. 83) *Τοῖσι δὲ καὶ αὐτοῖσι τοῖσι Σπαρτιήτῃσι ἐνεστεώτων πρηγμάτων, ἧκε ὁ Σαρδιηνὸς κῆρυξ. — — καί σφι ἤδη παρεσκευασμένοισι καὶ νεῶν ἐουσέων ἑτοίμων ἦλθε ἄλλη ἀγγελίη, ὡς ἡλώκοι τὸ τεῖχος* etc. Sardes autem urbs capta est Ol. 58. — Miro modo Müller vituperat, quod Pausanias (III, 7, 5) pugnam de Thyreatide Theopompi aetate factam esse dicit; quippe cum Pausanias ne uno quidem verbo se de hac tricenorum virorum pugna loqui dicat, Theopompi autem tempore (Ol. 15) Argivos de Cynuria dimicasse etiam Müller afferat (v. supra p. 16 sq.).

2) Herod. I, 82. *τὰς γὰρ Θυρέας ταύτας, ἐούσας τῆς Ἀργολίδος μοίρης, ἀποταμόμενοι ἔσχον οἱ Λακεδαιμόνιοι.* Si Argivos post pugnam Hysiensem Cynuriam expugnasse censemus, statuamus oportet, postea terram rursus ademtam esse a Spartiatis. Sed hoc quamquam fortasse factum esse non nego, aptius esse censeo, ut statuamus Cynuriam a Polydori pugna Laconum fuisse (v. supra pag. 19, n. 1 et pag. 13).

3) Plut. Parall. Graec. et. Rom. III, p. 306 A-C. *Ἀργείων καὶ Λακεδαιμονίων ὑπὲρ Θυρεατίδος πολεμούντων, οἱ Ἀμφικτύονες ἔκριναν πολεμῆσαι ἑκατέρους καὶ τῶν νικησάντων εἶναι τὴν χώραν. Λακεδαιμόνιοι μὲν οὖν Ὀθρυάδην ἐποίησαν στρατηγὸν, Ἀργεῖοι δὲ Θέρσανδρον. Πολεμούντων δὲ — — καὶ τῶν δύο στάσιν ἐχόντων, οἱ Ἀμφικτύονες αὐτόπται γενόμενοι Λακεδαιμονίους προκρίνουσι· καθάπερ Χρύσερμος ἐν τῷ τρίτῳ Πελοποννησιακῶν.* Herodotus modo dicit: *βοηθησάντων δὲ Ἀργείων τῇ σφετέρῃ ἀποταμνομένῃ, ἐνταῦθα συνέβησαν ἐς λόγους συνελθόντες, ὥστε τριηκοσίους ἑκατέρων μαχέσασθαι· ἑκάτεροι δ᾽ ἂν περιγένωνται, τουτέων εἶναι τὸν χῶρον* etc. postquam deinde pugnam descripsit — locus longior est, quam quem scribamus totum — pergit: *ἡμέρῃ δὲ δευτέρῃ παρῆσαν πυνθανόμενοι ἀμφότεροι· τέως μὲν δὴ αὐτοὶ ἑκάτεροι ἔφασαν νικᾶν· λέγοντες οἱ μὲν, ὡς ἑαυτῶν πλεῦνες περιγεγόνασι — —. τέλος δὲ ἐκ τῆς ἔριδος συμπεσόντες ἐμάχοντο· πεσόντων δὲ καὶ ἀμφοτέρων πολλῶν, ἐνίκων Λακεδαιμόνιοι.* Nemo praeter Chrysermum Amphictyonum mentionem facit, sed nec verisimile est, Chrysermum hanc rem finxisse, et credibile, arbitros a populis disceptantibus creatos esse. Rem autem non pugna tricenorum, sed proelio universorum exercituum definitam esse, Strabo non affert, sed Pausanias, qui fortasse Herodotum auctorem habuit. Str. VIII, p. 376: *Θυρέας — περὶ ὧν Ἀργείοις καὶ Λακε-*

viri optimi eliguntur ab Argivis, trecenti a Spartanis, ceteri, foedere ejusmodi icto inter Argivos et Spartanos, ut utrius populi cives in certamine vicissent, is Cynuriam haberet, domum redeunt: ne alteri suis civibus, quos superari viderent, subvenirent. Trecenti deinde Argivi a Thersandro ducti cum Spartanis, quibus praefectus est Othryades, signa conferunt et paribus viribus ad noctem dimicant. Tum tenebris diducti jam non exercitus, sed tres viri, quorum duo Argivi, Alcenor (Agenor Plut.) et Chromius, domum festinare, ut se vicisse nuntient. Tertius Othryades, solus Spartanorum relictus, qui vulneribus opertus inter mortuos velut mortuus jacuerat, resurrexit ut Argivorum cadavera spoliaret, et postquam tropaeum armorum Argivorum erexit eique suo sanguine inscripsit, Laconum

δαιμονίοις συνέστη ἀγών, τριακοσίοις πρὸς τριακοσίους· ἐνίκων δὲ Λακεδαιμόνιοι, στρατηγοῦντος Ὀθρυάδα; Paus. II, 38, 5. — Θυρέα χωρίον ἐστὶν, ἔνθα δὲ ἐμαχέσαντο ὑπὲρ τῆς γῆς ταύτης λογάδες Ἀργείων τριακόσιοι πρὸς ἄνδρας Λακεδαιμονίων ἀριθμὸν ἴσους καὶ ἐπιλέκτους ὁμοίως. ἀποθανόντων δὲ ἁπάντων πλὴν ἑνὸς Σπαρτιάτου καὶ δυοῖν Ἀργείων, τοῖς μὲν ἀποθανοῦσιν ἐχώσθησαν ἐνταύθα οἱ τάφοι, τὴν χώραν δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι, γενομένου πανδημεί σφισιν ἀγῶνος πρὸς Ἀργείους, κρατήσαντες βεβαίως αὐτοί τε παραυτίκα ἐκαρποῦντο — —. Praeterea haec pugna tricenorum virorum narratur epigrammatibus pulcherrimis, quorum unum tantum describo, Simonidis (Anthol. Gr. tom. I, VII, 431).

Οἵδε τριηκόσιοι, Σπάρτα πατρί, τοῖς συναρίθμοις
  Ἰναχίδαις Θυρέαν ἀμφιμαχεσσάμενοι,
αὐχένας οὐ στρέψαντες, ὅπᾳ ποδὸς ἴχνια πρᾶτον
  ἁρμόσαμεν, ταύτᾳ καὶ λίπομεν βιοτάν.
ἄρσενι δ' Ὀθρυάδαο φόνῳ κεκαλύμμενον ὅπλον
  καρύσσει· Θυρέα, Ζεῦ, Λακεδαιμονίων.
αἰ δὲ τις Ἀργείων ἔφυγεν μόρον, ἦς ἀπ' Ἀδράστου·
  Σπάρτᾳ δ' οὐ τὸ θανεῖν, ἀλλὰ φυγεῖν θάνατος.

V. praeterea Chaeremonis duo (Anth. Gr. 720), Dioscoridis (430), Damageti (432), Gaetulici (244), Nicandri Colophonii (526). — Pugnam secundam pugnatam esse, qua Argivi magnam cladem accepissent, ideo non puto, quod Argivi propter hanc pugnam, qua melius sibi evenisse quam Spartanis dixerint, equum aeneum deo Delphico donaverunt (Paus. X, 9, 12), quod non poterant post acceptam magnam cladem; et quod Argivi paucis post annis tam potentes fuerunt, ut adjuvarent et Aeginetas contra Athenienses, et Pisistratum (Her. V, 83 cf. Schol. Thuc. I, 105. Müller Aegin. § 5, p. 68—73. — Her. I, 61).

esse victoriam, mortem sibi conscivit, ne solus e sociis gloria tam honestae mortis egeret. Postridie mane veniunt ambo exercitus et utrique sibi evenisse victoriam dicunt. Amphictyones autem Lacedaemoniorum esse victoriam et terram judicant [1]).

Argivi valde lugebant [2]), se frustra vicisse; sed quae perdiderant, nunquam recuperaverunt: neque Cynuriam, neque potestatem priorem.

1) Cf. etiam Suid. s. v. Ὀθρυάδης. — Lucian. Char. 24, p. 523. — Luc. Rhet. praec. 19. p. 20. — Ovid. fast. II, 663. — Luc. Icaromen. 18, p. 773. — Athen. Deipn. 15, 678b. al. 11. — Isocr. Archid. 89, p. 136.

2) Her. I, 82 cf. Plat. Phaed. I, 89 C. ed. Steph.

'ΟΡΝΕΗΤΑΙ ΚΑΙ ΠΕΡΙΟΙΚΟΙ.

Perioecis Argivis Orneatarum nomen fuisse quo jure dicat Müller [1]), repetant Wachsmuth [2]), Weissenborn [3]) al., quaeramus. Est enim locus Herodoti [4]): „Cynurii autem, cum sint indigenae, soli videntur esse Jones; facti vero sunt Dores (vel Doriensium similes) parentes et Argivis et tempori, cum sint Orneatae et perioeci" [5]). Quo loco Orneatas non significare Ornearum urbis incolas dicit Müller, quippe quae urbs non in Cynuria sita sit; sed esse nomen appellativum, idem significans ac *περίοικοι*: itaque omnes perioecos „Orneatas" nominatos esse dicit, postquam Ornearum urbis incolae, qui per longum tempus libertatem servavissent, subjecti et perioeci facti sint. Quod primum [6]) factum esse dicit Ol. 78, oblitus jam viginti Olympiadibus ante Cynuriam Argivis esse demtam [7]); postea autem [8]) jam

1) Aeginet. p. 47. 48. — Dorier I, p. 160; II, p. 52.

2) Alterthumsk. p. 393 n. 12.

3) Hellen, p. 32.

4) VIII, 73.

5) *οἱ δὲ Κυνούριοι, αὐτόχθονες ἐόντες, δοκέουσι μοῦνοι εἶναι Ἴωνες· ἐκδεδωρίευνται δὲ, ὑπό τε Ἀργείων ἀρχόμενοι καὶ τοῦ χρόνου, ἐόντες Ὀρνεῆται καὶ περίοικοι.*

6) Aeginet. p. 48.

7) statim post pugnam Thyreensem Othryadis facinore claram, quam Ol. 58 commissam esse Müller dicit (Dor. I, p. 158). De pugna ipsa vide pagg. praecedentes.

8) Dor. I, p. 160: „Es ist wahrscheinlich, dass um dieselbe Zeit, um Ol. 50, Orneä zwischen Argos und Sikyon, welches früher mit der letzteren Stadt Kriege geführt hatte, der ersteren unterthan wurde, wovon die Argivischen Periöken den allgemeinen Namen „Orneaten" er-

Ol. 50 Orneas ab Argivis expugnatas esse contendit, ne unum quidem afferens locum, quo neque prius neque post illud tempus expugnationem evenisse probet.

Quod quidem summi momenti non est, si modo illud verum est, ab Orneis expugnatis omnes Argivorum perioecos Orneatarum nomen accepisse. Qua in re primum mirum esse mihi videtur, quod neque lexicographus ullus neque grammaticus neque alius auctor e magno numero eorum qui monumentis antiquitatis, postquam periit, servandis operam dederunt, Orneatarum nominis perioecos Argivos significantis ullam fecit mentionem [1]); tum quod in quarto decimo belli Peloponnesiaci anno Orneatas aeque ac Cleonaeos socios Argivorum fuisse narrat Thucydides [2]): socios enim solos liberae civitatis cives cum alia quadam republica conjunctos appellari scimus, nunquam perioecos. Tamen haec argumenta leviora sunt, quam quibus tollatur Herodoti auctoritas: si modo re vera Herodotus dicit, Orneatas nomen fuisse omnium perioecorum Argivorum. Quod ex Herodoti verbis re vera non patet. Si enim Orneatae et perioeci essent iidem, non ambo verba conjunxisset Herodotus aut certe non conjunxisset particula *καὶ* sed *ἤ* [3]). Si vero *Ὀρνεῆται* et *περίοικοι* non plane idem significant, sed si Orneatae modo genus quoddam perioecorum [4]) sunt, Cynurenses non fuerunt simul Orneatae et perioeci, sed fortasse pars Cynuriae incolarum fuerunt Orneatae, alia pars perioeci:

hielten, zu deren Classe auch die Kynurier vor der Schlacht von Thyrea gehörten," cum n. 3: „danach habe ich Her. VIII, 73 erklärt (Aegin. p. 47), wo indess die *σύνοικοι* nach den Perserkriegen von den frühehen Periöken nicht unterschieden sind."

1) Locus Strabonis (VIII, 376) quem supra (p. 4 n. 4) attuli, nullo modo adjuvat Mülleri sententiam, cum sit multis interpretandi rationibus aptus et corruptissimus.

2) Thuc. V, 67 (cf. 69; 70; 73) *οἱ ἄλλοι Ἀργεῖοι καὶ μετ' αὐτοὺς οἱ ξύμμαχοι αὐτῶν Κλεωναῖοι καὶ Ὀρνεᾶται.*

3) Confer. Göttling. in Hermes, t. XXV, p. 141.

4) „Die Einwohner von Orneä — wurden endlich von Argos überwunden und zu einer Art Periöken herabgesetzt." Müller, Dor. I, p. 85.

tum vero Herodoto non licuit scribere Ὀρνεῆται καὶ περίοικοι, sed ἐόντες οἱ μὲν Ὀρνεῆται οἱ δὲ περίοικοι, aut certe Ὀρνεῆται τε καὶ περίοικοι, aut περίοικοι καὶ Ὀρνεῆται (Periöken und zwar Orneaten). Mülleri igitur, cum neque ullis aliis argumentis ex ipsa antiquitate sumtis adjuvetur, neque simplici et commoda ratione explicet locum illum Herodoti, cur tueamur conjecturam? Id enim ipsum verisimile esse, totius terrae indigenas a Doribus subactos post multum tempus aliud nomen accepisse et nomen quidem incolarum parvi cujusdam oppidi tum demum expugnati, hoc verisimile esse quis contendat? — Hoc igitur contendere licet: perioecos Argivos nunquam habuisse Orneatarum nomen.

Sed jam est quaerendum, quonam alio modo intelligenda sint Herodoti verba. Alii alia conjecerunt. Omnino non est admittendum Wesselingius[1]) quod censet, Cynurenses cum Orneatis societatem fecisse et simul utrosque ab Argivis esse devictos: hoc enim nullo modo consentit et cum Herodoti verbis, et cum iis, quae de illarum civitatum historiis scimus. Larcher[2]) conjecturam affert, quod attinet ad sensum, multo magis consentaneam: legit enim ὥστε pro ἐόντες et vertit „ainsi que;“ sed permutatio litterarum major esse mihi videtur, quam quae probari possit[3]). Quod deinde Göttling[4]) conjicit: Cynurenses ex Ionum gente ortos, cum Orneatis qui immigraviseut mixtos, primum proprios mores perdidisse, deinde sub Argivorum imperio Dorienses factos esse; huic opinioni et illud obstat, quod Ornearum incolas ali-

1) Herod. ed. Schweighäus. tom. VI, part. II, p. 147.

2) Pierre Henri Larcher, Histoire d'Herodote, tom. V, p. 491.

3) Si permutatione verborum opus esset, hanc aliam proponerem faciliorem: ut pro Ὀρνεῆται legatur Θυρεῆται. Non adeo differunt litterae Ορν et Θυρ, atque ἐόντες et ὥστε, et facillimus tum esset locus, sed non necesse esse mihi videtur litteras permutare.

4) Göttling, Hermes l. l.: „Wäre es nicht einfacher anzunehmen, dass das alte ionische Geschlecht der Kynurier durch einen Zusatz eingewanderter Orneaten, erst durch diese Mischung sein Eigenthümliches aufgegeben, dann unter der Herrschaft der Dorischen Argeier ganz nach diesen sich gebildet und dorisch geworden.“

quando, ut meridiem versus migrarent, patriam reliquisse neque nobis traditum, neque omnino verisimile est; et quod Cynurenses quidem Orneas urbem habitantes Orneatarum nomen accepisse credibile est, non autem Cynurenses, qui in sua terra Orneatas exceperint, simul his dedisse nomen et ab his accepisse. (Nam Cynuriae incolas Orneatas nominatos esse nescimus, Cynurenses scimus). Sed hac conjectura ad aliam ipse adductus sum. Mihi enim Herodotus verbis *ἐόντες Ὀρνεῆται* re vera nihil aliud dicere videtur, quam Iones Cynuriae indigenas postea Doriensibus similiores redditos esse, cum habitarent Orneas urbem. Narrat enim Pausanias, Lacedaemonios Echestrato Agidis filio rege [1]) expulisse Cynurenses, qui et praedones e Cynuria ingredi sivissent Argolidem, cujus incolae ipsis cognati essent, et ipsi aperte excursiones facerent in agrum Argivum. Quos viros (*τοὺς ἐν τῇ ἡλικίᾳ*) Cynurenses Orneas confugisse puto, oppidum in montibus supra Argos jacentibus situm, aut in finibus Argivorum aut prope fines. Orneas urbem aut condiderunt Cynurenses aut incolis vacuam et excipiendis hospitibus aptam occuparunt: scimus enim et multas Achaeorum urbes ab incolis Dores fugientibus relictas esse, et Lyrceam urbem Orneis vicinam jam primis temporibus desertam fuisse Pausanias tradit [2]). Argivorum deinde societatem petiisse et accepisse puto Orneatas. — Quo enim, cum Lacedaemonii a meridie venirent, facilius et celerius fugere poterant Cynurenses, quam in montes a septentrione sitos.

At si quis dicat: „non verisimile est, ad Argivos migrasse eosdem viros, qui propter impetus in Argivorum agrum factos e patria essent pulsi,“ respondeo, esse admodum verisimile sit, Lacedaemonios excursionum a Cynurensibus in agrum Argivum factarum modo speciem assumsisse, ut occuparent Cynuriam; nec mi-

1) Paus. III, 2, 2. *Ἐπὶ δὲ Ἐχεστράτου τοῦ Ἄγιδος βασιλεύοντος ἐν Σπάρτῃ Κυνουρέας τοὺς ἐν τῇ ἡλικίᾳ Λακεδαιμόνιοι ποιοῦσιν ἀναστάτους αἰτίαν ἐπενεγκόντες ὡς τὴν Ἀργολίδα, συγγενῶν σφισιν ὄντων Ἀργείων, λησταί τε ἐκ τῆς Κυνουριακῆς κακουργοῖεν καὶ αὐτοὶ καταδρομὰς ἐκ τοῦ φανεροῦ ποιοῖντο ἐς τὴν γήν.*

2) Paus. II, 25, 6.

nus verisimile, Argivos Cynurensibus a Lacedaemoniis pulsis refugium praestitisse, quamvis antea fuissent infesti. — Eodem modo paulo post Dryopes ab Argivis pulsi excipiuntur a Lacedaemoniis [1]). — Ornearum incolae, ad fines (aut intra fines) Argivorum habitantes Argivisque juncti per longum temporis spatium, Doriensium similes facti sunt: ita explicata sunt verba: *ἔοντες Ὀρνεῆται.* Jam facilius intelligitur verbum *καὶ περίοικοι.* Non enim fugientes tantum Cynurenses adjuverunt Argivi, sed relictos quoque (senes, infantes, feminas) ut tuerentur adversus Spartanorum impetus, occupata Cynuria perioecos fecerunt. Pausanias enim illo loco narrare pergit [2]), non multis annis post Lacedaemonios primos bellum intulisse Argivis, quippe qui Cynuriam ab ipsis expugnatam ademissent et Spartanorum perioecos ut deficerent incitassent.

Cynurenses igitur partim sunt perioeci Argivorum, partim Orneatae, liberae civitatis [3]) incolae, cum Argivis juncti. Ita ut in Herodoti sententia verbum *Ὀρνεῆται* conjungendum esse mihi videatur cum *τῷ χρόνῳ*, et *περίοικοι* cum *ὑπὸ Ἀργείων*, aeque ac si scripsisset Herodotus: Dores facti sunt Cynurenses *ὑπό τε Ἀργείων ἀρχόμενοι, περίοικοι ἔοντες, καὶ τοῦ χρόνου, Ὀρνεῆται ἔοντες.*

1) Paus. III, 7, 4; II, 36, 4, 5; IV, 8, 3; IV, 14, 3.

2) *Ἔτεσι δὲ ὕστερον οὐ πολλοῖς —. Λακεδαιμονίοις δὲ πρῶτον τότε ἔδοξεν ἄρασθαι πρὸς Ἀργείους πόλεμον· ἐποιοῦντο δὲ ἐς αὐτοὺς ἐγκλήματα, τήν τε Κυνουρικὴν ἑλόντων αὐτῶν ἀποτέμνεσθαι τοὺς Ἀργείους καὶ τοὺς περιοίκους σφῶν ὑπηκόους ὄντας ἀφιστάναι.*

3) Thuc. V, 67; cf. supra pag. 25 c. n. 2.

AMPHICTYONIA ARGIVA.

Nihil fere novi afferam[1]), sed utile mihi visum est, quae de Amphictyonia Argiva scimus conferre.

Messenii, dissidentes cum Spartanis propter Polycharis et Euaephni facinora et propter Telecli mortem, poposcerunt a Spartanis, ut rem aut apud Argivos utriusque civitatis cognatos in Amphictyonia decernendam curarent, aut Areopago Atheniensi dijudicandam permitterent. Haec refert Pausanias[2]). Rem non pertinere ad Amphictyoniam Delphicam apertum est, sed ne ad Calauriensem quidem pertinet[3]), id quod opinatur

1) Et O. Müller (Dorier I., p. 85 sq.; 154 sq.) et Grote (History of Greece, vol. II., p. 416 sqq.) nonnulla de illa re scripserunt, quibuscum consentio; sed neuter quae nobis tradita sunt cuncta contulit.

2) Paus. IV., 5. *Μεσσήνιοι δὲ — οὔ φασιν —, ἐθέλειν μέν τοι παρὰ Ἀργείοις συγγενέσιν οὖσιν ἀμφοτέρων ἐν Ἀμφικτυονίᾳ διδόναι δίκας, ἐπιτρέπειν δὲ καὶ τῷ Ἀθήνησι δικαστηρίῳ* etc. Qui locus mirum in modum corruptus est versione latina, quam Pausaniae editioni adjecerunt Schubart et Walz „a Sylburgio et Sibelisio castigatam et recensioni ipsorum adaptatam." Ibi locus vertitur hoc modo: „Voluisse tamen se, vel apud Argivos, qui utriusque civitatis essent consanguinei, vel in Amphictyonum consilio causam cognosci." — Quod vero Müller dicit, ineptam esse hoc loco (falsch angebracht l. l.) mentionem Amphictyoniae, errare mihi videtur: cur enim non sit consentaneum, postulasse Messenios Argivorum, qui tum erant praepotentes, judicium, quamquam Lacedaemonios non esse concessuros colligere liceret? non enim re vera id egisse Messenios e Pausaniae narratione apparet, ut arbitrio quodam componeretur certamen, sed ut se justitiae et pacis amantes esse, Spartanos injustos et odio plenos, ostenderent.

3) Strabo VIII., p. 374. *ἦν δὲ καὶ Ἀμφικτυονία τις περὶ τὸ ἱερὸν τοῦτο (τὸ Ποσειδώνιον ἐν Καλαυρίᾳ ἐπὶ Τροιζῆνος) ἕπτα πόλεων, αἳ μετεῖχον τῆς θυσίας· ἦσαν δὲ Ἑρμιών, Ἐπίδαυρος, Αἴγινα, Ἀθῆναι, Πρα-*

Sibelis[1]). Nauplienses enim, quorum in Amphictyonia locum adepti sunt Argivi post Naupliam urbem expugnatam, non prius quam circa finem belli Messenici secundi e patria pulsi sunt[2]); ac ne tum quidem A r g i v o r u m erat Amphictyonia Calauriensis.

Sed F. Haase[3]) Pausaniam illo loco loqui contendit de Amphictyonia Dorica, Lacedaemonios, Messenios, Argivos continente, quam exstitisse probare conatur loco Platonis[4]), in quo Dorienses Argos, Laconiam, Messeniam tenentes foedus junxisse feruntur ejusmodi, ut et quatuor illi reges civitatum Doricarum patres (Temenos, Cresphontes, Procles et Eurysthenes) juraverint, se nunquam leges violaturos, populi, se nunquam reges pulsuros esse, et utrique promiserint se utrisque si quando injuria afficerentur, opem esse laturos.

Quod foedus, si aliarum Amphictyoniarum naturam spectes, nullo modo dixeris esse Amphictyoniam. Est enim illud foedus pactum ad res domesticas civitatum junctarum integras servandas, Amphictyoniis autem, Delphicae praecipue, rerum domesticarum Amphictyonum dirigendarum ne minima quidem erat potentia. Deinde Amphictyoniae civitatum vel urbium societates sunt, illud foedus pactum est inter cives et principes civitatum aliquarum. Quod foedus quin omnino exstiterit, non dubito: cum videam Cynurenses, quod Argivorum agrum ingressi essent, a Spartanis

σιεῖς, Ναυπλιεῖς, Ὀρχόμενος ὁ Μινυεῖος· ὑπὲρ μὲν οὖν τῶν Ναυπλίων Ἀργεῖοι συνετέλουν, ὑπὲρ Πρασιέων δὲ Λακεδαιμόνιοι. — —

1) Sibelis, comment. ad Paus. IV., 5, 2.

2) Paus. IV., 24, 2. *Λακεδαιμόνιοι* — — (post finem belli Messenici secundi) *Μοθώνην δὲ Ναυπλιεῦσιν ἐδίδοσαν ἐκπεπτωκόσιν ἐκ Ναυπλίας ἔναγχος ὑπὸ Ἀργείων.* et IV., 35, 2: *ὅτι Ναυπλιεῦσιν ἐπὶ Λακωνισμῷ διωχθεῖσι Δαμοκράτιδα βασιλεύοντος ἐν Ἄργει Μοθώνην Λακεδαιμόνιοι διδόασιν.*

3) in orationibus de antiquitatibus Graecorum, nondum editis.

4) Plato legg. III., p. 684: *βασιλεῖαι τρεῖς βασιλευομέναις πόλεσι τριτταῖς ὤμοσαν ἀλλήλας ἑκάτεραι, κατὰ νόμους οὓς ἔθεντο τοῦ τε ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι κοινοὺς, οἱ μὲν μὴ βιαιοτέραν τὴν ἀρχὴν ποιήσεσθαι προϊόντος τοῦ χρόνου καὶ γένους, οἱ δὲ ταῦτα ἐμπεδούντων τῶν ἀρχόντων μήτε αὐτοὶ τὰς βασιλείας ποτὲ καταλύσειν μήτ᾽ ἐπιτρέψειν ἐπιχειροῦσιν ἑτέροις, βοηθήσειν δὲ βασιλῆς τε βασιλεῦσιν ἀδικουμένοις καὶ δήμοις, καὶ δῆμοι δήμοις καὶ βασιλεῦσιν ἀδικουμένοις.* —

castigatos[1]); sed jam tum inimicitia Spartanorum adversus Argivos gliscere nobis visa est. Nec multo post a Spartanis bello petuntur Argivi, „qui Laconum terram ademerint", qua re fortasse foedus violarunt. Aliquot enim annis ante bellum Messenicum primum Dryopes[2]) urbem Asinen habitantes ex Argolide pelluntur ab Argivis, contra quos cum Spartanis juncti pugnaverant; ita ut eo tempore foedus illud Spartanorum et Argivorum certo jam non exstiterit. Ad hoc igitur foedus Pausaniae narratio pertinere non potest. Sed pertinet ad Amphictyoniam Argivam.

Plutarchus[3]) deinde, cum pugnam de Cynuria (Ol. 58) commissam narrat, Amphictyones refert rationem pugnandi constituisse et post certamen Spartanis victoriam tribuisse.

Herodoti quoque afferenda est auctoritas. Dicit enim[4]) aliquando Sicyonis et Aeginae civibus, qui cum Spartanis, a Cleomene coacti, impetum fecissent in Argolidem, mulctas injunctas esse ab Argivis. Hoc Argivos non sua sponte, sed pro societate quadam, qualis fuerit Amphictyonia Argiva, fecisse non inepte contendit Müller[5]).

1) Vide p. 27.

2) Paus. IV., 8, 1, cum de belli Messenici primi secundo anno loquatur: *Ἀσιναῖοί τε οἱ Δρύοπες, γενεᾷ πρότερον ὑπὸ Ἀργείων ἐκ τῆς σφετέρας ἀνεστηκότες καὶ ἥκοντες ἐς τὴν Λακεδαίμονα ἱκέται κατ' ἀνάγκην συνεστρατεύοντο.*

3) Plut. Coll. Parall. Gr. et Rom. III., p. 306. A. B. *Ἀργείων καὶ Λακεδαιμονίων ὑπὲρ Θυρεατίδος χώρας πολεμούντων, οἱ Ἀμφικτύονες ἔκριναν πολεμῆσαι ἑκατέρους καὶ τῶν νικησάντων εἶναι τὴν χώραν. — — Καὶ τῶν δύο στάσιν ἐχόντων, οἱ Ἀμφικτύονες αὐτόπται γενόμενοι Λακεδαιμονίους προκρίνουσι. Καθάπερ Χρύσερμος ἐν τρίτῳ Πελοπονν.*

4) Her. VI., 92 *ὅτι Αἰγιναῖαι νῆες ἀνάγκῃ λαμφθεῖσαι ὑπὸ Κλεομένεος ἔσχον τε ἐς τὴν Ἀργολίδα χώρην καὶ συναπέβησαν Λακεδαιμονίοισι· συναπέβησαν δὲ καὶ ἀπὸ Σικυωνίων νεῶν ἄνδρες τῇ αὐτῇ ταύτῃ ἐσβολῇ. καί σφι ὑπ' Ἀργείων ἐπεβλήθη ζημίη, χίλια τάλαντα ἐκτῖσαι, πεντακόσια ἑκατέρους.* —

5) Dor. I., p. 155: „Dies konnten die Argeier nicht als einzelne Stadt, sondern nur im Namen einer Verbindung, die dadurch gekränkt oder verletzt war." —

Pausanias[1]) deinde Aleam et Stymphalum oppida, quae antea Arcadica fuissent, sponte transiisse refert ad consessum (συνέδριον) Argolicum, qua voce nihil fere aliud significare posse mihi videtur, quam Amphictyoniam Argivam.

Argis denique in ipsa urbe inventa est inscriptio, de qua paullo amplius disceptandum est.

Has quatuor lineas

ΔΙΑΔΙΚΑΙΑΕΟ
ΧΧΧΑΔΔΙ: ΘΣΧΡΗΑΝΑ
Σ . . . . ΚΑΤΑΔΙΚΑΙΚ
ΧΤωΝΑΡΧΑΔωΝ

jam prius edidit Fourmont, quae fragmenta mulctarum catalogi cujusdam esse intellexit Böckh, sed nullius momenti habuit propter formam litterae ω, qua in novissimis antiquitatis saeculis ortum esse monumentum praeberetur. Sed Quinet, qui cum nonnullis aliis viris eruditis a republica Francogallica Moream missus est, totam invenit inscriptionem, qua probatur, illius ω Fourmontium esse auctorem. Edita et explicata est inscriptio a viro docto Mr. Le Bas in libro quem scripsit Abel Blouet: „Expédition scientifique de Morée; Architecture, Sculpture, Topographie"[2]).

Sagacius quidem quam accuratius inscriptionem restituit Le Bas, et ego, cum quae falsa conjecisse mihi visus est emendare studuerim, facere non possum quin confitear, me multum operae et temporis perdidisse.

Tamen, ne prorsus frustra operam in hanc rem impenderim, descripturus sum restitutionem inscriptionis, quam fecit Le Bas, a me nonnullis locis mutatam.

1) Paus. VIII., 22, 1.; *Στυμφήλιοι δὲ τεταγμένοι μὲν οὐ μετὰ Ἀρκάδων ἔτι εἰσὶν, ἀλλ' ἐς τὸ Ἀργολικὸν συντελοῦσι μεταστάντες ἐς αὐτὸ ἐθελονταί.* — et VIII., 23, 1: *Μετὰ δὲ Στύμφηλόν ἐστιν Ἀλέα, συνεδρίου μὲν τοῦ Ἀργολικοῦ μετέχουσα καὶ αὐτή.* cf. Sibelis ad Paus. IV., 5, 2.

2) Tom. II., pag. 101 sqq.: Inscriptions recueillies à Argos, expliquées par M. Le Bas. nr. 8.

ΑΙ. ΑΠΟΛΛ]ΩΝΟΣ. ΚΑΤΑΔΙΚΑΙ.[Κ]ΛΕΩ
ΝΑΙ. ΙΔ]ΧΧΧΔΔΔ. ΧΡ.[ΟΥΣ.]ΧΡΗ. ΑΝΑ[ΘΕΙΝΑΙ.
ΑΛΛΑΙ. ΕΙΣΙΝ].ΚΑΤΑΔΙΚΑΙ. Κ[ΛΕΩΝΑΙ. ΤΟ. Κ
ΟΙΝΟΝ]. ΤΩΝ. ΑΡΚΑΔΩΝ. ΙΑ. Ε[ΤΙ. ΧΗΗΗ. ΧΡ.
ΑΛΛ]ΑΙ. [Κ]ΑΤ[Α]ΔΙΚΑΙ. ΑΛΕΑ. ΠΟ[ΛΙΣ. ΤΩΝ. ΑΡ
ΚΑΔΩΝ. Α]. ΕΤΙ. Χ. ΧΡ. ΑΡΧΙΤΕΛΗΣ. [ΤΟ. ΚΟΙΝΟΝ.
ΤΩΝ. ΑΡ]ΚΑΔΩΝ. Α. ΕΤΙ. Χ. ΧΡ. ΑΝΔΡΟ[ΣΘΕΝΗΣ. ΤΟ.]
ΚΟ[Ι]ΝΟΝ. ΤΩΝ. ΑΡΚΑΔΩΝ. Α. ΕΤΙ.[Χ. ΧΡ. ΚΛΕ
ΩΝ]ΑΙ. ΤΟ. ΚΟΙΝΟΝ. ΤΩΝ. ΑΡΚΑΔ[ΩΝ. Α. ΕΤΙ. Χ. ΧΡ.
ΜΝ]ΑΜΩΝ. ΚΛΕΩΝΑΙ. Α. Ε[ΤΙ. Χ. ΧΡ. Α. ΠΟΛΙΣ. ΤΩΝ.
ΣΤΥΜ]ΦΑΛΙΩΝ. ΙΑ. ΕΤΙ. ΧΗΗΗΗ. ΧΡ. ΘΕΡΣ[ΑΓΟ
ΡΑΣ]. ΤΟ. ΚΟΙΝΟΝ. ΤΩΝ. ΑΡΚΑΔΩΝ. Α. Ε[ΤΙ. Χ. ΧΡ.
ΘΕ]ΣΤ[Ι]ΑΔΑΣ. ΚΛΕΩΝΑΙ. ΤΟ. ΚΟΙ[Ν]Ο[Ν. ΤΩΝ. ΑΡ
ΚΑΔΩΝ. Α.]ΕΤΙ. ΧΗΗΗΗ. ΧΡ. ΘΕΡΣΙΛΑΝΟ[Σ. Α. ΠΟΛΙ
Σ. ΤΩ]Ν. ΣΤΥΜΦΑΛΙΩΝ. [ΤΟ. ΚΟΙΝΟΝ. ΤΩΝ. ΑΡΚΑ
ΔΩΝ.Α.ΕΤΙ.Χ.]ΧΡ.ΑΡ[ΙΣ]ΤΟΝΥΜ[Ο]Σ.ΣΚΙ[Α]ΘΙΟΣ.ΤΟ.
ΚΟ[Ι]ΝΟΝ. ΤΩΝ. ΑΡΚΑΔΩΝ. [Α. ΕΤΙ. ΧΗΗΗΗ. ΧΡ.]
ΜΕΝΑΛ[Κ]ΙΔΑΣ. ΚΛΕΩΝΑΙ. [ΤΩΝ.] ΑΡΚΑΔΩΝ.
Α. ΕΤΙ. [Χ]ΗΗΗ[ΧΡ] ....
.... *Α. ΠΟΛΙΣ. ΤΩΝ. ΣΤΥ[ΜΦΑΛΙΩΝ.]*

lin. 1. *'ΑΙ. 'ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ*] in inscr. ipsa . . . *ΩΗΟΣ*; Le Bas restituit *'ΑΙ. ΤΑΣ. 'ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ*; sed *ΩΝΟΣ* ex *ΩΗΟΣ* corrigere licet, *ΣΙΑΣ* vix. Et quae est *ἐκκλησία?* Amphictyonum consessum (*συνέδριον*) unquam *ἐκκλησίαν* nominatum esse, non puto; sed pro ipso deo (Apolline) Amphictyones mulctas imposuisse verisimile est. —

lin. 3. *'ΑΛΛΑΙ*]. L. B. *'ΕΤΙ. ΚΑ. Ι*; sed in eodem commate alterum *ΕΤΙ* scriptum est. idem l. 5.

lin. 5. *ΑΛΕΑ ΠΟΛΙΣ*]; cur Le Bas scripserit *ΑΛΕΑΤΩΝ* etc., nescio, cum litterae *ΠΟ* sine dubio *ΠΟΛΙΣ* significent. *ΑΛΕΑ* pro *ΑΛΣΑ* conjecit Le Bas, Pausaniae loco supra (pag. 32, n. 1) citato fretus, nec ego aliquid probabilius reperi. —

lin. 10. *Α. ΕΤΙ. ΧΧΡ.*], Le Basii conjecturam pro *ΑΕΟΙΚΙΣ* invitus accepi, sed nihil aptius scio. —

lin. 15 et 16. [*ΤΟ. ΚΟΙΝΟΝ. ΤΩΝ. ΑΡΚΑΔΩΝ. Α. ΕΤΙ. Χ*] L. B. [*Α. ΕΤΙ. Χ. ΧΡ. ΚΛΕΩΝΑΙ. Α. ΕΤΙ. Χ.*]; sed *Κλεωναί* sine verbis *τὸ κοινὸν τῶν Ἀρκάδων* adjectis in reliqua inscr. non inveni. —

lin. 16. *ΑΡΙΣΤΟΝΥΜΟΣ ΣΚΙΑΘΙΟΣ*] propius accedit ad litteras inscriptionis *ΧΡ ΓΟΛ ΥΜΟΣΣΚΙ ΟΙΟΣ*, quam *ΠΟΛΥΜΝΙΣ ΚΛΕΩΝΑΙ*, quod scripsit Le Bas.

Quae ita ferme vertenda sunt:

Mulctae Apollinis (quas exigit Apollo). Cleonae undecies MMMCCC. stateres aureos (scil. solvere debet); qui deponendi sunt. Aliae sunt mulctae: Cleonae, commune Arcadum (Cleonae urbs, quae pertinet ad commune Arcadum) undecies adhuc MCCCC stat. — Aliae mulctae: Alea urbs Arcadum semel adhuc M stat. — Architeles, commune Arcadum (Architeles, qui praesidet communi Arcadum) semel adhuc M stat. — Androsthenes commune Arcadum, semel etiam M stat. — Cleonae, commune Arcadum, semel etiam M stat. — Mnamon, Cleonae (i. e. Mnamon, qui praefectus est Cleonis) semel etiam M stat. — Urbs Stymphaliorum undecies etiam MCCCC stat. — Thersagoras, commune Arcadum, semel etiam M stat. — Thestiades, Cleonae, commune Arcadum, semel etiam MCCCC stat. — Thersidanus, urbs Stymphaliorum (qui praefectus est Stymphalo urbi), commune Arcadum, semel etiam M stat. — Aristonymus Sciathius (in Sciatho insula natus), commune Arcadum, semel etiam MCCCC stat. — Menalcidas Cleonae Arcadum (scil. urbs) semel etiam MCCC stat. . . . . . urbs Stymphaliorum.

Hanc inscriptionem continere multas ab Amphictyonia Argiva impositas copiose explicuit Le Bas; quod repetere longum est.

Inscriptionem non esse vetustiorem quam pugnam Leuctrensem recte animadvertit Le Bas, quippe cum *ΤΟ ΚΟΙΝΟΝ ΤΩΝ ΑΡΚΑΔΩΝ* tum demum ortum sit. Etiam accuratius annum definire studet; sed tantas pecunias non uno anno, sed longo in temporis spatio impositas esse puto.

Quae cum ita sint, non jam dubium esse mihi videtur, quin exstiterit Amphictyonia Argiva. Quam Herae Argivae Amphictyoniam fuisse putat Sainte-Croix[1]) et cum eo Le Bas, sed neuter ullum argumentum satis probabile affert. Apollinis autem Pythaensis

1) Gouvern. fédér. p. 90.

fuisse Amphictyoniam et Müller[1]) et Grote[2]) censent, quod mihi quoque verisimile esse videtur. Nam et Epidaurii hostias mittebant in templum Apollinis Pythaei[3]) et Hermionen[4]) et Asinen[5]) urbes Apollinis Pythaensis cultum tulerant Argivi.

Jam quae urbes in Amphictyonia Argiva fuerint, quaerimus. Epidaurus, Hermione, Asine certo. Mycenas quoque, Tirynthem, Phliuntem, Troezena foederi adscriptas fuisse verisimile est[6]). Arcadum commune in Amphictyonum numero fuisse ex inscriptione illa discimus. Num jam prius singulae Arcadum urbes in Amphictyonum ordine fuerint, nescimus, sed non est incredibile, cum et circa Ol. 80 Tegeatas[7]), et in bello Peloponnesiaco Cleonaeos[8]) cum Argivis junctos fuisse sciamus. Quod vero Pausanias[9]) Stymphalenses et Aleatas ab Arcadibus defecisse narrat ad Amphictyoniam Argivam, inde colligere licet, postea Arcadas ex Amphictyonia cessisse, Aleas autem et Stymphalum urbes apud Amphictyones mansisse.

Aeginam et Sicyonem Amphictyonum in numero fuisse, recte, ut jam dixi, conjecit Müller[10]).

1) Müller, Dor. Bd. I., p. 85 sq. 154 sq.

2) Grote, Hist. of Greece. vol. II., p. 416 sqq.

3) Thuc. V., 53. *Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους Ἐπιδαυρίοις καὶ Ἀργείοις πόλεμος ἐγένετο, προφάσει μὲν περὶ τοῦ θύματος τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθέως, ὃ δέον ἀπαγαγεῖν οὐκ ἀπέπεμπον ὑπὲρ βοταμιῶν Ἐπιδαύριοι. κυριώτατοι δὲ τοῦ ἱεροῦ ἦσαν Ἀργεῖοι.* —

4) Paus. II., 35, 2. *Ἀπόλλωνος δέ εἰσι (ἐν Ἑρμιόνῃ) ναοὶ τρεῖς καὶ ἀγάλματα τρία· καὶ τῷ μὲν οὔκ ἐστιν ἐπίκλησις, τὸν δὲ Πυθαέα ὀνομάζουσι — —, τὸ μὲν δὴ τοῦ Πυθαέως ὄνομα μεμαθήκασι παρὰ Ἀργείων, τούτοις γὰρ Ἑλλήνων πρώτοις ἀφικέσθαι Τελέσιλλά φησι τὸν Πυθαέα εἰς τὴν χώραν Ἀπόλλωνος παῖδα ὄντα.* —

5) Paus. II., 36, 5. *Ἀργεῖοι δὲ ἐς ἔδαφος καταβαλόντες τὴν Ἀσίνην Πυθαέως τε Ἀπόλλωνος ὑπέλιπον τὸ ἱερόν.*

6) v. Müller et Grote l. l.

7) Her. IX., 35. Paus. III., 11, 7. 8.

8) Thuc. V., 67 sq. cf. supra p. 25, c. n. 2.

9) Paus. VIII., 22, 1 — 23, 1. v. supra p. 32. c. n. 1, cf. Paus. IV., 12 fin. *καθὰ καὶ νῦν ἔτι Ἀρκάδων αὐτῶν εἰσιν οἱ ἐς τὸ Ἀργολικὸν τελοῦντες.*

10) v. supra p. 31. c. n. 1.

Denique non dubito quin in Amphictyonia Argiva aliquando fuerint Lacedaemonii. Nam et in Sparta urbe atque in Thornace monte[1]) prope Spartam sito statuae fuerunt Apollinis Pythaensis; et Ol. 90, 2 Argivi[2]) Lacedaemoniis, qui sacra non dederint debita Apollini Pythaeo, bellum inferunt. Affero etiam, quod Chrysermus dicit de pugna Thyrcatica[3]); non enim verisimile est, Lacedaemonios arbitros creasse Amphictyones, quorum in numero ipsi non essent, hostes essent.

Reliquum est, ut de legibus et de potestate Amphictyonum quae conjicere possumus dicamus. De concionibus ipsis, de ratione decernendi, de Amphictyoniae magistratibus nihil scimus. Res domesticas civitatum nihil attinuisse ad Amphictyoniam, colligere licet, cum in bello Persico alias Amphictyoniae urbes nihil egisse, alias contra Persas pugnasse, alias cum Persis fecisse sciamus. Poenarum vero, quarum imponendarum Amphictyoniae potestas erat, duo erant genera: aut pecunia multabantur civitates, quae injuria affecerant Amphictyoniam, quod probatur Sicyonis et Aeginae historia, et inscriptione a nobis citata; aut bello premebantur, ut Epidaurus, atque etiam moenia deleta, incolae e patria pulsi sunt, ut Asinenses (et Nauplienses).

Sed nonnunquam vires defuisse Amphictyonibus ad perficienda decreta, Aeginae et Sicyonis exemplo intelligi posse recte monet Müller (l. l.)

1) Paus. III., 11. 7. *Σπαρτιάταις δὲ ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς Πυθαέως τέ ἐστιν Ἀπόλλωνος — — ἀγάλματα.* — Paus. III., 10 fin. *Ἐν δὲ Θόρνακι — ἄγαλμά ἐστι Πυθαέως Ἀπόλλωνος.*

2) Diodor. Sic. XII., 78 p. 533. *ἐπὶ δὲ τούτων Ἀργεῖοι μὲν ἐγκαλέσαντες τοῖς Λακεδαιμονίοις ὅτι τὰ θύματα οὐκ ἀπέδοσαν τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Πυθίῳ, πόλεμον αὐτοῖς κατήγγειλαν.* Müller (p. 85) dicit „aber Diodor ist confus"; sed Diodorus confundit res veras, non invenit falsas.

3) v. supra pag. 21 sqq. et. n. 3 ad pag. 21.

QUANDO VIXERIT PHIDO?

Multa ac diversissima referuntur, quae descripturus sum: [1])

ad annum ante Ol. I., 115um, ante Diognetum archontem 631um: Marmor Parium (ed. F. Didot) lin. 45. 46. *ἀφ' οὗ Φ[εί]δων ὁ Ἀργεῖος ἐδήμευσ[ε τὰ μ]έ[τρα καὶ ἀ]νεσκεύασε καὶ νόμισμα ἀργυροῦν ἐν Αἰγίνῃ ἐποίησεν, ἑνδέκατος ὢν ἀφ' Ἡρακλέους, ἔτη* 631.

Euseb. chron. can. (ed. Ang. Maji et Joan. Zohrab. Mediol. 1818) lb. postr. p. 316 (e suppl. ex interpr. D. Hieronymi):

Anno Abraham 1217; ante Ol. I. a. 23. Phidon Argivus mensuras et pondera primus instituit.

cf. G. Syncell. p. 198. C.

Strabo VIII., 358, *Φείδωνα δὲ τὸν Ἀργεῖον, δέκατον μὲν ὄντα ἀπὸ Τημένου:* Theopompi igitur Polydorique Spartanorum regum, decimorum ab Aristodemo, aequalis fuisse videtur Phido; qui vixerunt inter Ol. I. et Ol. X.

Paus. VI., 22, 2. *Πισαῖοι δὲ ἐφειλκύσαντο αὐθαίρετον συμφορὰν ἀπεχθανόμενοι τοῖς Ἠλείοις καὶ σπουδὴν ποιούμενοι τιθέναι τὸν Ὀλυμπικὸν ἀγῶνα ἀντὶ Ἠλείων, οἵγε Ὀλυμπιάδι μὲν τῇ ὀγδόῃ τὸν Ἀργεῖον ἐπηγάγοντο Φείδωνα τυράννων τῶν ἐν Ἕλλησι μάλιστα ὑβρίσαντα, καὶ τὸν ἀγῶνα ἔθεσαν ὁμοῦ τῷ Φείδωνι.*

Herodot. VI., 127 inter eos, qui Clisthenis Sicyonensis filiam in matrimonium ducere cupiebant, fuisse dicit Lacedem, de quo

1) hos locos omnes jam supra (pag. 14 sqq.) attuli.

haec affert: *Φείδωνος τοῦ Ἀργείων τυράννου παῖς Λεωκήδης, Φείδωνος δὲ τοῦ τὰ μέτρα ποιήσαντος Πελοποννησίοισι καὶ ὑβρίσαντος μέγιστα δὴ Ἑλλήνων ἁπάντων, ὅς ἐξαναστήσας τοὺς Ἠλείων ἀγωνοθέτας αὐτὸς τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ ἀγῶνα ἔθηκεν· τούτου τε δὲ πάϊς, καί* — —

Quae nullo modo inter se consentiunt. Omittamus tantisper Marmor Parium et Eusebium; sed cum Clisthenis victoria illa Olympica, post quam filiae maritum dedit, vix ante Ol. 50 ponenda sit (v. infra), Phidonem Lacedis patrem circa Ol. 40 regnasse statuamus: sed jam inter Phidonem Pausaniae et inter Phidonem Herodoti spatium interest plus triginta Olympiadum, centum et viginti annorum. Quam ob causam nonnulli viri docti, imprimis O. Müller[1]) duos fuisse Phidones censunt, quos confuderit aut commutarit Herodotus. Weissenborn[2]) autem demonstare conatur, unum Phidonem fuisse, Lacedis patrem, qui egerit non octavam, sed vigesimam octavam Olympiadem.

Quod cum quaestione prorsus dignum sit, primum quaesturi sumus, utrum Phido, quem Olympiadem vigesimam octavam posuisse adhuc statuamus, pater Lacedis fuisse possit, necne? deinde quaeramus, num re vera circa Ol. XXVIII., et omnino, quando, vixerit Phido.

Phido, qui circa Ol. 28 regnavit, fuitne Lacedis pater, qui Agaristen Clisthenis filiam uxorem ducere voluit?

Olympiadem 28. Phido posuit, Ol. 45. Clisthenes in stadio vicit (et in sequente anno filiae maritum dedit). Longum est intervallum, sed Archidamum quoque Spartanum regnasse videmus

1) Aeginet. p. 58—62. Dorier II., p. 104 n. 1. „Pheidon, Aristodamidas Sohn, von und gegen Ol. 8. Weiter —, Pheidon der 2te, von Herodot mit dem ältern verwechselt, Vater des Lakedes" et append. III. p. 470 et 473. Quae non legisse videtur Plassius (l. l. II., p. 178) cum dicat: „Auch Müller scheint zwar nach seinen äginetischen Untersuchungen nur jenen Pheidon, der um 750 lebte, annehmen zu wollen; allein ohne sich über die Schwierigkeit weiter zu erklären, kommt er dagegen mit eben diesem Pheidon sofort auf die Zeit von 550, wenigstens auf die des Sturzes der Tyrannen." Sed Plassius multa non legit. —

2) Hellen, p. 1—86.

ab anno 469 (aut 476) a. Chr. usque ad annum 427, deinde filius major regnavit ad annum 399, quo anno filius minor secutus est, tum quadraginta duo annos natus (pater sane Archidamus puer fuisse videtur, cum regnum adeptus est); et Pantaleon Pisaeus inter Ol. 24 et 28 Messeniis auxilium tulit, Pantaleonis vero filius Pyrrhus Ol. 48 ab Eleis defecit. Haec dicit Weissenborn[1]), quibus non multum probat. Non enim recte Ol. 45 vicisse dicit Clisthenem. Herodotus[2]) enim narrat, Clisthenem post victoriam Olympiae reportatam, cum filiam Agaristen optimo Graecorum ut nuberet cuperet, illustrissimos quosque et generibus et virtutibus juvenes Graecos Sicyonem convocasse, e quibus Megaclem Atheniensem maritum elegisset Agariste. Quod non post annum 576 a. Chr., Ol. 51 factum esse non inepte monet Weissenborn, cum Ol. 55. a. 3 (558) jam Megaclis filia Pisistrato nuptura fuerit; non recte autem Müller[3]) in Ol. 49 ponendam esse Clisthenis victoriam inde colligit, quod ex Herodoti narratione perspiciatur, illius victoriae tempore Cypselidas Corinthios nondum fuisse eversos; sed Herodotus modo dicit Clisthenem cupivisse ut Hippoclidem Tisandri filium generum acciperet, cujus patres cum Cypselidis Corinthiis cognati fuissent[4]). Weissenborn quidem non affert causam, qua motus victoriam illam in Ol. 45 posuerit; Phidonis solum causa posuisse videtur. — Sed si Ol. 45, 2 Megacles duxit Agaristen, filium majorem non post Ol. 50 a. 1 (annum connubii vigesimum) natum esse certo contendere licet; qui filius Ol. 70 aetatem octoginta annorum sit assecutus.

Est autem hic filius Clisthenes Atheniensis[5]), qui inter Ol. 67, 3 et Ol. 70 democratiam Atheniensem confirmavit (non enim, quae perfecit, unius anni opera esse puto); et cujus facinora profecto non sunt senis octoginta annorum.

1) p. 26—28.

2) VI., 126—130.

3) Dorier II., p. 485 sqq. ad app. III. n. 24.

4) ὅτι τὸ ἀνέκαθεν τοῖσι ἐν Κορίνθῳ Κυψελίδῃσι ἦν προσήκων.

5) Her. VI., c. 130. τουτέων δὲ συνοικησάντων, γίνεται Κλεισθένης τε ὁ τὰς φυλὰς καὶ τὴν δημοκρατίην Ἀθηναίοισι καταστήσας.

Quo magis igitur annum nuptiarum Agaristes appropinquamus ad Ol. 70, eo probabiliorem facimus; quam ob rem nihil impedit quominus Ol. 51 Clisthenem Olympiae vicisse statuamus. Jam intersunt nonaginta tres anni inter agonem Olympicum a Phidone positum (auctore Weissenbornio) et inter procorum conventum quorum unus fuit Lacedes.

Phido vero quae fecit non in uno die fecit; neque primam hanc rem, quod Olympicum poneret agonem, eum gessisse tradunt auctores, sed qua coronaret opera[1]). Qua re sine metu Phidonem, cum ageret Olympiadem, non minus octies quatuor annorum virum fuisse contendo, ita ut natus esset Ol. 20. Est quidem inter Ol. 20 et inter Ol. 51 a. 2 centum viginti quinque annorum spatium; sed fortasse in sexagesimo quinto aetatis anno filium Lacedem genuit Phido; fortasse Lacedes et ipse sexaginta annos natus Agaristes procorum numero se adjunxit. Aut fortasse Phido, cum genuit Lacedem, centum annos natus est, sicut Abraham[2]). Quam haec sunt verisimilia! Quam bene absoluta est differentia quae inter Herodoti et Pausaniae sententias esse visa erat!

Sed quamquam Phidonem Lacedis patrem egisse agonem Olympicum vicesimum octavum non potuit probare, tamen Weissenborn illud fortasse recte conjecit, clarum illum Phidonem circa Ol. 28 vixisse (ita ut fortasse pater fuerit Phido major Phidonis minoris, Lacedis patris). Quod jam examinaturi sumus.

Phido, clarus Argivorum tyrannus, num vixit circa Ol. 28? Primum referam, quae Weissenborn dicit.

Pausanias[3]) Phidonem cum Pisatis Olympiadem octavam egisse narrat; Strabo autem, qui et ipse Olympiadem a Phidone actam esse dixit[4]),

1) v. supra pag. 14 sqq.
2) Genesis XXI., 5.
3) VI. 22, 2. v. p. 37.
4) Strab. VIII., 358. *Φείδωνα δὲ τὸν Ἀργεῖον — πρὸς τούτοις ἐπιθέσθαι καὶ ταῖς ὑφ' Ἡρακλέους αἱρεθείσαις πόλεσι, καὶ τοὺς ἀγῶνας ἀξιοῦν τιθέναι αὐτὸν, οὓς ἐκεῖνος ἔθηκε. τούτων δὲ εἶναι καὶ τὸν Ὀλυμπικόν· καὶ δὴ βιασάμενον ἐπελθόντα θεῖναι αὐτόν, οὔτε τῶν Ἠλείων ἐχόντων ὅπλα ὥστε κωλύειν, διὰ τὴν εἰρήνην, τῶν τε ἄλλων κρατουμένων τῇ δυναστείᾳ· οὐ μὴν τούς γε Ἠλείους ἀναγράψαι τὴν θέσιν ταύτην — —.*

aliquot paginis ante [1]) Eleos affirmat primas viginti sex Olympiades posuisse, post Ol. 26 Pisatas cum ipsis. Et Olympiadem quidem vigesimam octavam primos posuisse Pisatas Julius Africanus [2]) docet. Deinde Olympiadem a Phidone actam non consignasse Eleos et Strabo refert et Pausanias [3]), Olympiadum vero catalogus, quem e Julii Africani libris descripsit Eusebius, octavam continet Olympiadem [4]). Quibus de causis Phidonem non octavam sed vigesimam octavam Olympiadem cum Pisatis egisse conjicit Weissenborn, quod etiam in loco Pausaniae leviter tantum mutato legi possit [5]): numero *κη'* pro *η'* posito.

Nonnulla quae huic conjecturae obstant, facilius absolvit Weissenborn: Plerique enim circa Ol. 28 Damocratidam Argis regnasse statuunt, qui paullo ante finem belli Messenici secundi (qui non ante Ol. 29 ponendus est), Nauplienses e patria expulit [6]). Weissenborn quidem Nauplienses jam prius victos et in terra Laconica receptos deinde post finem belli Mothonen urbem accepisse conjicit: sed vox *ἔναγχος* non significat: aliquot annis ante, sed nuper.

1) Strab. VIII, p. 355. *ἐγγυτέρω δὲ πίστεως, ὅτι μέχρι τῆς ἕκτης καὶ εἰκοστῆς Ὀλυμπιάδος ἀπὸ τῆς πρώτης, ἐν ᾗ Κόροιβος ἐνίκα στάδιον Ἠλεῖος, τὴν προστασίαν εἶχον τοῦ τε ἱεροῦ καὶ τοῦ ἀγῶνος Ἠλεῖοι. — — μετὰ δὲ τὴν ἕκτην καὶ εἰκοστὴν Ὀλυμπιάδα οἱ Πισᾶται τὴν οἰκεῖαν ἀπολαβόντες αὐτοὶ συνετέλουν.*

2) *Ὀλ. κη'. Χάρμις Λάκων στάδιον . . . Ταύτην ἦξαν Πισαῖοι, Ἠλείων ἀσχολουμένων, διὰ τὸν πρὸς Δυμαίους πόλεμον.* Jul. Afr. ap. Eus. Chron. can. lb. prior. cap. 33. p. 184. ed. Ang. Maji.

3) Strab. VIII, 358. v. p. praec. n. 4. — Paus. VI, 22, 2. *ταύτας τὰς Ὀλυμπιάδας καὶ ἐπ' αὐταῖς — Ἀνολυμπιάδας οἱ Ἠλεῖοι καλοῦντες οὐ σφᾶς ἐν καταλόγῳ τῶν Ὀλυμπιάδων γράφουσιν.*

4) Eus. l. l. p. 183. Ol. VIII: Anticles Messenius stadium.

5) Hellen p. 19 n. 69. In codd. quidem non legitur *η'*, sed *τῇ ὀγδόῃ* quod non tam facili modo commutatur cum *τῇ εἰκοστῇ καὶ ὀγδόῃ*.

6) Paus. IV, 35, 2. *Ναυπλιεῦσιν ἐπὶ Λακονισμῷ διωχθεῖσι Δαμοκρατίδα βασιλεύοντος* — et Paus. IV, 24, 2. *Λακεδαιμόνιοι* (post belli II. Mess. finem) — *Μοθώνην δὲ Ναυπλιεῦσιν ἐδίδοσαν ἐκπεπτωκόσιν ἐκ Ναυπλίας ἔναγχος ὑπὸ Ἀργείων.*

Sed etiamsi Damocratidas statim post Naupliensium poenam mortuus est (quod nescio), tamen Phido Olympiadem 28. agere vix potuit: non enim, ut dixi, initium rerum quas gessit, haec agonothesia est, sed finis.

Quod deinde Phido Damocratidam secutus sit et non Aristodamidam cujus filius appellatur [1]), ita explicat Weissenborn [2]) ut nomina quae sint simillima, commutata esse dicat!!

Sed jam spectemus res, quibus nititur conjectura illa. Julii Africani auctoritate non multum probatur. Sane nominat eum, qui Ol. 8 vicit; sed nominat etiam victores Olympiadum 34, 48, 104, quas omnes Pausanias ab Eleis non consignatas esse affirmat, nominat etiam eum qui Ol. 28 vicit. Num inde colligendum est, has Olympiades non ab Eleatibus quidem, sed ab aliis quibusdam hominibus consignatas esse, an potius Olympiadum catalogum ab Eusebio nobis traditum non certissimum esse statuamus? Fortasse enim Olympiades, quae defuerunt in antiquo Eleorum catalogo, postea suppletae sunt. Facile aliquis qui Ol. 7 Dioclem, Ol. 9 Xenoclem Messenios Olympiae vicisse vidit, ad Ol. 8 adjecit Anticlem Messenium.

Inde ab Ol. 26 Pisatas cum Eleatis Olympiadas agere dicit Strabo (*συνετέλουν*), et Jul. Africanus Olympiadem vigesimam octavam a Pisatis actam esse dicit „quod Eleatis otium non fuisset;“ a tricesima vero Olympiade Pisatas, qui ab Eleis defecissent, agones posuisse [3]). Ambo loci significare videntur, Ol. 28 Pisatas Eleorum amicos fuisse et aut cum Eleis aut pro Eleis agonem egisse. Phido vero cum Pisatis, postquam vi superavit Eleatas, Olympiadem egit. Strabo deinde ubi dixit (p. 355) post vicesimam sextam Olymp. Pisatas cum Eleis agones egisse, ita pergit: *χρόνοις δὲ ὕστερον μεταπεσούσης πάλιν τῆς Πισατίδος*

1) v. supra p. 14 sq.

2) Hellen p. 23. n. 85 „vielleicht ist Damokratidas nur eine veränderte Form dieses Namens, indem *ἄριστος* mit *κράτιστος* vertauscht und die beiden Theile der Composition umgesetzt wurden.“

3) Eus. p. 184. *Ὀλ. λ. Πισαῖοι Ἠλείων ἀποστάντες ταύτην τε ἦξαν καὶ τὰς ἑξῆς κβ'.*

εἰς τους Ἠλείους, μετέπεσεν εἰς αὐτοὺς πάλιν καὶ ἡ ἀγωνοθεσία. συνέπραξαν δὲ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι μετὰ τὴν ἐσχάτην κατάλυσιν τῶν Μεσσηνίων συμμαχήσασιν αὐτοῖς etc. Spartani ergo adjuvant Eleos, quod hi cum ipsis in bello Messenico secundo pugnaverint; Phidonis vero tempore Spartani adjuvant Eleos, ut hi cum ipsis contra Phidonem pugnent (Str. p. 358). Nullo modo persuadere mihi possum, Strabonem ambobus locis de eadem re loqui.

Accedit etiam hoc, quod Strabo (p. 358) dicit, Eleis, cum Phido venisset, arma non fuisse propter pacem (qua scilicet per longum tempus erant fructi); ante Ol. 28 autem, in bello Messenico secundo primum Messenios [1]), deinde Lacedaemonios [2]) adjuverant Elei. Si vero quis dicat, Strabonis e verbis, illo anno tantum, quo venit Phido, pacem fuisse Eleis perspici, hoc quoque concedo: sed hoc ipso Olympiadis vicesimae octavae anno Pisatae agonem egerunt pro Eleis qui in bello cum Dymaeis gesto occupati erant [3]).

Quid est reliquum, quo, ut teneamus Weissenbornii conjecturam, moveamur? Quam ob rem jam iterum quaerimus:

Quando vixit Phido? Phidonem majorem dico, nam quin duos fuisse Phidones statuendum sit, jam non dubium mihi videtur [4]).

Ab anno quem legimus in Marmore Pario ad annum quem notavit Pausanias, spatium est centum quadraginta septem annorum; sed non tanta est auctoritas Marmoris Parii, cujus testimonium dubitemus refellere, cum dissideat cum Pausaniae sententia. — Lar-

1) Strab. VIII, p. 362. — Paus. IV, 15, 4.

2) Strab. VIII, p. 355.

3) Jul. Afr. ap. Eusebium. l. l.

4) Conjecturam enim priorum Herodoti commentatorum (Palmerius, exercitt. p. 29 sq., p. 368; — Jac. Gronovius ad Her. V, 127, p. 963) qui in loco Herodoti pro Φείδωνος τοῦ Ἀργείων τυράννου πάϊς Λεωκήδης legunt Φείδωνος τοῦ Ἀργείου πάϊς Λεωκήδης, τυράννου δὲ Φείδωνος ἀπόγονος, vel Φείδωνος πάϊς Λεωκήδης, ἀπὸ Φείδωνος δὲ τοῦ Ἀργείων τυράννου, tolluntque alterum τούτου δὴ πάϊς, — hanc conjecturam esse falsam satis ostenderunt et Müller et Weissenborn (Aeginet. p. 60. — Hellen p. 15 sq.)

cherus quidem quod conjecerat [1]), ut consentientem redderet Pausaniam cum Marmore Pario: Pausaniam illo loco octavam ab Iphito (884) Olympiadem significasse: hoc falsum esse pluribus verbis explicuit Weissenborn [2]). Eusebius vero quod dicit non nimis aberrat a Pausaniae sententia. Non quidem anno ante Olympiadem primam vicesimo tertio jam regnasse potest Phido, cum circa Ol. I Eratum Argivorum regem fuisse viderimus [3]); sed si quinquaginta quinque annis post (Ol. 8) posuit Olympiadem, circa illum Eusebii annum natus esse potest.

Quae cum ita sint, nihil impedit, quominus Phidonem inter Ol. I et Ol. IX regnasse dicamus.

1) Mémoires de l'Académie des Inscr. T. XLVI, p. 27—50. Cf. Essai de Chronologie sur Hérodote, in Histoire d'Hér. vol. VI, p. 340.

2) Hellen p. 56—66.

3) v. supra p. 13 et p. 12 n. 6.

THESES DEFENDENDAE.

I. T. Livium cum Herodoto ita comparari, ut Livio in numero rerum scriptorum Romanorum idem locus attribuatur, atque Herodoto in historicorum Graecorum numero, ineptum esse mihi videtur.

II. Herodotum diutius, quam usque ad Ol. 90 vixisse et scripsisse probari non potest.

III. Thucydidem Ol. 78 a. 2 (a. Chr. 471) natum esse censeo.

IV. Danzelius cum dicit: „Käme es darauf an, Lessings thätigkeit in einer classification der wissenszweige unterzubringen, so läge es am nächsten, ihn als philologen zu bezeichnen“ (Danzel, G. E. Lessing. bd. I., p. 26), magnopere falli mihi videtur.

V. Shakespearii comoediam, cui Tempestas nomen est, allegoricam esse existimo.

VITA.

Ego, Volgangus Fortunatus Henricus Fischer, natus sum Vratislaviae, ante diem octavum Idus Januarias anni MDCCCXXVIII, patre Nicolao Volgango, philos. et. med. doctore, chemiae in universitate Viadrina professore ordinario, matre Fanny, e gente Braniss; quibus adhuc vivis laetor.

Primis litterarum rudimentis in gymnasio Magdalenensi, cui illustrissimus Schönborn praeest, tum per aestatem anni MDCCCXLVI in primo Gymnasii Elisabetani, sub ill. Fickerto florentis, ordine imbutus, in ejusdem anni autumno civibus Almae Viadrinae, maturitatis testimonio praeditus, adscriptus sum a viro ill. Huschke, tunc rectore magnifico; et apud philosophos nomen dedi.

Inde tres per annos Vratislaviae, aestate anni 1848 Berolini litteris incubui.

Per hoc tempus duces mihi fuerunt in discenda historia viri illustres Stenzel, Röpell, Cauer, in disciplinis philologicis ill. Haase, Ambrosch, Böckh, Schneider (hic non scholis quidem, sed consiliis), Weinhold, Stenzler; Philosophiae divitias mihi praebuit illustris Braniss, quem aeque cognatum amo ac praeceptorem colo; Geographiam me docuit ill. Ritter, pater optimus chemiae initia.

Quibus viris omnibus, qui etiam praeter collegia semper benignissimi mihi fuerunt et utilissimi, gratias ex infimo corde ago quantas possum maximas.